c Tunc accedēs petrus ad eum, dixit: Dñe, quotiens peccabit in me frater meus, et dimittam ei &c. Hæret ſibi ſermo dominicus: & in modum funiculi triplicis, rumpi nō poteſt. Supra dixerat: Videte ne contemnatis unum ex puſillis iſtis: & adiecerat: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipſum ſolum: & præmium repromiſerat dicens: Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re impetrabunt quam petierint: & ego ero in medio eorum. Prouocatus apoſtolus Petrus interrogat quotiens fratri in ſe peccanti dimittere debeat: & cum interrogatione profert ſententiam, uſq; ſepties. Cui reſpōdit Ieſus: Non uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties, id eſt quadringētis nonaginta uicibus: ut totiēs peccanti fratri dimitteret in die, q̃tiēs ille peccare nō poſſit.

& ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrē tuum.

g Si autē te nō audierit: adhibe tecum adhuc unum uel duos: ut in ore duorū uel trium teſtium ſtet omne uerbum. Q; ſi nō audierit eos, dic eccleſiæ. Si aūt eccleſiam

a nō audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. h Amēn dico uobis: quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; ſolueritis ſup terrā, erunt

b ſoluta & in cœlo. i Iterum dico uobis: quia ſi duo ex uobis cōſenſerint ſuper terrā de omni re quācunq; petierint: fiet illis a patre meo qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in me

c dio eorum. k Tunc accēdens Petrus ad eum, dixit: Dñe, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittā ei? uſq; ſepties? Dicit illi Ieſus: Non dico tibi uſq; ſepties, ſed

d uſq; ſeptuagieſſepties. l Ideō aſſimilatū eſt regnū cœlorum homini regi, qui uoluit rationē ponere cum ſeruis

e ſuis. Et cū cœpiſſet rātionē ponere, oblatus eſt ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet: iuſſit eum dominus uænundari & uxorem eius & filios: & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autē ſeruus ille rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autē dominus ſerui illius, dimiſit eum: & debitū dimiſit ei. Egreſſus autē ſeruus ille, inuenit unum de cōſeruis ſuis qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum dicens: Redde quod debes. Et procidens cōſeruus eius rogabat eum dicēs: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autē noluit: ſed abijt & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, cōtriſtati ſunt ualde: & uenerunt & narrauerunt dño ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc uocauit illum dñs ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitū dimiſi tibi: quoniam rogaſti me. Nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dñs ei9, tradidit eum tortorib9

quoaduſq;

C

g 184 X

d Ideo aſſimilatū eſt regnū cęlorum homini regi qui voluit rationem ponere cū ſeruis ſuis.

h 185 VII

Familiare eſt ſyris & maxime palæſtinis ad omnem ſermonē ſuū parabolas iungere: ut qd' per ſimplex præceptum teneri ab auditoribus nō poteſt, per ſimilitudinem exemplaq; teneaṫ.

i 186 X

k 187 V

Præcepit itaq; Petro ſub cōparatione regis & domini & ſerui: qui debitor decē milium talentorum, a domino rogans, ueniam impetrauerat: ut ipſe quoq; dimittat cōſeruis ſuis minora peccantibus.

l 188 X

D

Si enim ille rex & domin9 ſeruo debitori decem milia talentorum tam facile dimiſit: quanto magis ſerui cōſeruis ſuis debent minora dimittere? Quod ut manifeſtius fiat, dicamus ſub exemplo: Si quis noſtrum commiſerit adulterium, homicidium, ſacrilegium, maiora crimina decem milium talentorū: rogantib9 dimittunṫ, ſi & ipſi dimittant minora peccantibus. Sin autem ob factam contumeliam ſimus implacabiles: & propter amarum uerbum perpetes habeamus diſcordias: nonne nobis uidemur recte redigendi in carcerem: & ſub exemplo operis noſtri hoc agere: ut maiorum nobis delictorum uenia non relaxetur? e Et cum cępiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat decem milia talenta. Cum autem nō haberet vnde redderet, iuſſit eum dñs venundari & vxorē eius & filios &c. Scio quoſdā iſtum qui debebat decē milia talenta, diabolum interpretari: cuius uxorem & filios uænundatos perſeuerante illo in malicia, inſipientiam & malas cogitationes intelligi uolunt. Sicut eñ iuſti uxor, diciṫ ſapientia: ſic uxorē iniuſti & peccatoris, appellari ſtulticiā. Sed quomō ei dimittat dominus decem milia talenta: & ille nobis cōſeruis ſuis centum denarios nō dimiſerit: nec eccleſiaſticæ interpretationis eſt, nec a prudentibus uiris recipiendæ.

a quoaduſq; redderet uniuerſum debitum: Sic & pater meus cœleſtis faciet uobis: ſi nō remiſeritis unuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ueſtris. ¶ Ca. XIX

a ET factum eſt cū cōſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit a galilæa: & uenit in fines Iudææ trans Iordanem: & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & cu-
b rauit eos ibi. Et accesserunt ad eum phariſæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorē ſuam
c quacunq; ex cauſa. Qui reſpondens, ait eis: Non legiſtis: quia qui fecit ab initio, maſculum & fœminam fe-
d cit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne
e una. Itaq; iam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo
f deus cōiunxit, homo nō ſeparet. Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij & dimittere?
g Ait illis: Quoniā Moyſes ad duriciā cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras: ab initio autē nō
h fuit ſic. Dico autē uobis: quia quicūq; dimiſerit uxorē ſuam niſi ob fornicationē: & aliam duxerit, mœchat̃. Et
i qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Dicunt ei diſcipuli eius: Si ita eſt cauſa homini cū uxore, non expedit nu-
k bere. Qui dixit illis: Non omēs capiunt uerbū iſtud, ſed
l quibus datum eſt. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero ſic

E a ¶ Sic et pater meus cęleſtis faciet vobis: ſi nō remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Formidoloſa ſententia, ſi iuxta noſtram mentem ſentētia dei flectitur atq; mutatur. Si parua fratribus non dimittimus, magna nobis a deo non dimittent̃. Et quia poteſt unuſquiſq; dicere: nihil habeo cōtra eum, ipſe nouit: habet deum iudicē: nō mihi curæ eſt, quid uelit agere, ego ignoui ei: confirmat ſen-
a 189 VI tentiam ſuā: & omnē ſimulationē fictæ pacis euertit, dicens: Si nō remiſeritis unuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ueſtris.

¶ Ca. XIX

ET factum eſt cum conſummaſſet Jeſus ſermones iſtos &c. Et acceſſerūt ad eum phariſęi tentantes eum / et dicētes: Si licet homini dimittere vxorē ſuam quacunq; ex cauſa? De galilæa uenerat ad Iudæam: idcir-
F co phariſæorum ſcribarumq; factio interrogat eum: utrum li-
b 190 II ceat homini dimittere uxorē ſuam qualibet cauſa: ut q̄ſi cor-
c 191 X nuto teneant eum ſyllogiſmo: & quodcūq; reſponderit, captioni pateat. Si dixerit dimittendas eſſe uxores qualibet ex cauſa, & ducendas alias: pudicitiæ prædicator, ſibi uidebitur docere contraria. Si autem reſpōderit, non omnē ob cauſam debere dimitti: quaſi ſacrilegij reus tenebit̃: & aduerſus doctrinā Moyſi ac per Moyſen dei facere iudicabit̃. Igitur dn̄s ſic reſponſionem temperat, ut decipulam eorū tranſeat: ſcripturā ſanctam adducēs in teſtimonium, & naturalem legem: primamq; dei ſententiam ſecundæ opponens: quæ non uoluntate dei, ſed peccantium neceſſitate conceſſa eſt.

c ¶ Qui reſpondens / ait eis: Non legiſtis: quia qui fecit ab initio / maſculum & fęminā fecit eos? Hoc in exordio Geneſeos ſcriptū eſt. Dicēdo autē maſculū & fœminā, oſtendit ſecūda uitanda cōiugia. Nō eñ ait, maſculū & fœminas, qđ ex priorū repudio quærebat̃: ſed maſculū & fœminā: ut unius cōiugis cōſortia necterent̃. d ¶ Et dixit: Propter hoc dimittet hō patrē et matrē / et adhęrebit vxori ſuę. Similiter (ait) adhærebit uxori ſuæ, nō uxoribꝰ. Et erunt duo in carne una. Præmium nuptiarū, e duabus unam carnē fieri. Caſtitas iuncta ſpiritui, unus effici t̃ ſpiritus.

e ¶ Quod ergo deus coniunxit / homo non ſeparet. Deus coniunxit, unam faciendo carnem uiri & fœminæ: hanc homo nō poteſt ſeparare, niſi forſitan ſolus deus. Homo ſeparat, quando propter deſyderiū ſecundæ uxoris, primam dimittit. Deus ſeparat qui & cōiunxerat, quando ex conſenſu propter ſeruitutem dei: eo ꝙ tempus in arto
1.Cort.7.e ſit: ſic habemus uxores, quaſi non habētes. f ¶ Dicunt illi: Quid ergo moyſes mandauit dari libellum repudij / & dimittere? Aperiunt calumniam quā parauerant. Et certe dominus non propriam ſententiā protulerat, ſed ueteris hiſtoriæ & mandatorum dei fuerat recordatus. g ¶ Ait illis: Quoniā moyſes ad duriciam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autē nō fuit ſic. Quod

G dicit iſtiuſmodi eſt: Nunquid pōt deus ſibi eſſe cōtrariꝰ,
Deut.24.a ut aliud ante iuſſerit, & ſententiā ſuā nouo frangat imperio? Nō ita ſentiendū eſt: ſed Moyſes cū uideret ꝓpter deſyderiū ſecūdarū cōiugū: quæ uel ditiores, uel iuniores, uel pulchriores eſſent, primas uxores interfici: aut malā uitam ducere, maluit indulgere diſcordiā, q̄ odia & homicidia perſeuerare. Simulq; conſydera, qđ nō dixit: Propter duriciā cordis ueſtri permiſit uobis deus, ſed Moy-
1.Cor.7.b ſes: ut iuxta Apoſtolum, conſilium ſit hominis, nō imperium dei. h ¶ Dico autem vobis: q; quicunq; dimiſerit vxorē ſuam niſi ob fornicationē &c. Sola fornicatio eſt quæ uxoris uincat affectum: immo cum illa unam carnē in aliam diuiſerit: & ſe fornicatione ſeparauerit a marito, non debet teneri: ne uirum quoq; ſub maledicto faciat: dicēte ſcriptura: Qui
Prouer.18.d adulteram tenet, ſtultus & impius eſt. Vbi
H cunq; eſt igitur fornicatio, & fornicationis ſuſpitio, libere uxor dimittit̃. Et quia poterat accidere: ut aliquis calumniam faceret innocenti: & ob ſecundam copulam nuptiarum ueteri crimen impingeret: ſic priorem dimittere iubetur uxorem: ut ſecundam prima uiuente non habeat. Quod enim dicit, tale eſt: Si non propter libidinē, ſed propter iniuriam dimittis uxorem: quare expertus infœlices priores nuptias, nouarū te immittis periculo? Necnon quia poterat euenire: ut iuxta eandem legem, uxor quoq; marito daret repudium: eadem cautela præcipitur, ne ſecūdum accipiat uirum. Et quia meretrix, & quæ ſemel fuerat adultera, opprobriū nō timebat: ſecūdo præcipit̃ uiro, ꝙ ſi talem duxerit, ſub adulterij ſit crimine. i ¶ Dicūt ei diſcipuli eius: Si ita eſt cauſa hoī cū vxore / nou expedit nubere. Graue pōdus uxorum eſt, ſi excepta cauſa fornicationis, eas dimittere non licet. Quid enim ſi temulenta fuerit: ſi iracunda, ſi malis moribus, ſi luxurioſa, ſi guloſa, ſi uaga, ſi iurgatrix, ſi maledica: tenēda erit iſtiuſmodi? Volumus, nolumus, ſuſtinenda eſt. Cum eñ eſſemus liberi, uoluntarie nos ſubiecimus ſeruituti. Videntes ergo apoſtoli graue uxorū iugum, proferunt motū animi ſui & dicunt: Si ita eſt cauſa homini cum uxore, nō expedit nubere. k ¶ Qui dixit illis: Nō omnes capiunt verbū iſtud / ſed quibꝰ datū eſt &c. Nemo putet ſub hoc uerbo uel fatum, uel fortunā introduci: ꝙ hi ſunt uirgines quibꝰ a deo datum ſit: aut quos quidā ad hoc caſus adduxerit: ſed his datum eſt qui petierunt, qui uoluerunt: qui ut acciperent, laborauerunt. Omni eñ petenti dabit̃: & quærēs inueniet: & pulſanti aperiet̃. l ¶ Sunt eñ eunuchi / qui de matris vtero ſic nati ſunt: et ſunt eunuchi / qui facti ſunt ab hominibus: et ſunt eunuchi / qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum. Qui poteſt capere / capiat. Triplex genus eſt eunuchorū, duorū carnalium, & tertij ſpiritualis. Alij ſunt qui de matris utero ſic naſcunt̃. Alij quos uel captiuitas facit: uel

delitiæ

A deliciæ matronales. Tertij ſunt qui ſeipſos caſtrauerunt
propter regnū cœlorum:& qui cum poſſint eſſe uiri,pro
pter chriſtum eunuchi fiunt. Iſtis promittitur premium:
ſuperioribus autem quibus caſtimoniæ neceſſitas non
uoluntas eſt:nihil omnino debetur. Poſſumus & aliter
dicere. Eunuchi ſunt
ex matris utero: qui
frigidioris naturæ ſūt
nec libidinem appe/
tentes. Et alij,qui ab
hominibus fiunt: q̊s
aut philoſophi faciūt
aut propter idolorū
cultū emolliuntur in
fœminas:uel perſua/
ſione hæretica ſimu/
lant caſtitatē: ut men
tiantur religionis ue/
ritatē. Sed nullus eo/
rum conſequitur re/
gna cœlorū: niſi qui
ſe caſtrauerit propter
chriſtum. Vnde in/
fert: Qui poteſt cape
re capiat:ut unuſquiſque
cōſyderet uires ſuas,
utrum poſſit uirgina
lia & pudicitiæ imple
re præcepta. Per ſe em̄
caſtitas blanda eſt:&
quemlibet ad ſe alli/
ciens. Sed conſyderā
dæ ſunt uires: ut qui
poteſt capere capiat.
B Quaſi hortātis uox
domini eſt: & milites
ſuos ad pudicitiæ pre
miū concitātis. Qui
poteſt capere capiat:
qui poteſt pugnare
pugnet,ſupet ac triū/
phet. a Tunc obla
ti ſunt ei paruuli ut ma
nus eis iponeret & ora
ret: diſcipuli autem in/
crepabant eos. Non
quo nollent eis ſalua
toris & manu & uoce benedici:ſed quo necdum haben/
tes pleniſſimam fidem,putarent eum in ſimilitudinem
hominum,offerentium importunitate laſſari. b Si/
nite paruulos & nolite eos prohibere ad me venire: taliū eſt
em̄ regnū cęlorū. Significāter dixit taliū,nō iſtorū:ut oſtē/
deret non ætatem regnare ſed mores: & his qui ſimilem
haberent innocentiam & ſimplicitatem,premium repro
mitti. Apoſtolo quoque in eandem ſententiam congruēte:
1. Cor. 14. d Fratres,nolite pueri effici ſenſibus, ſed malicia paruuli
eſtote: ſenſu autē ut pfecti ſitis. c Et ecce vnus accedēs
ait illi: Magiſter bone:quid boni faciā vt habeā vitam ęter/
nam &c. Iſte qui interrogat quomodo uitam cōſequatur
Marc. 10. c æternam,& adoleſcens & diues eſt & ſuperbus:& iuxta
alium euangeliſtam,non uoto diſcentis,ſed tentantis in/
terrogat. d Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bo/
nus deus. Qui magiſtrum uocauerat bonū: & non deū,
uel dei filium confeſſus erat: diſcit q̄uis ſanctum homi/
nem comparatione dei non eſſe bonum: de quo dicitur:
Pſ. 117. d Confitemini domino quoniā bonus. Ne quis autem pu
tet in eo qd̓ bonus deus dicitur: excludi a bonitate filiū
Ioh. 10. b dei: legimus in alio loco: Paſtor bonus ponit animā ſuā
Pſ. 142. c p ouibus ſuis. Et in propheta: Spiritū bonū: terrāque bo/
nam. Igitur & ſaluator non bonitatis teſtimoniū renuit:
ſed magiſtri abſque deo excluſit errorem. e Si aūt vis
ad vitā ingredi: ſerua mādata. Dicit illi: Quę? Ieſus autem
dixit: Non homicidiū facies. Non adulterabis. Non furtū

utero ſic nati ſunt:& ſunt eunuchi qui facti ſunt ab ho-
minibus:& ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt pro-
pter regnum cœlorum. Qui poteſt capere capiat.
a [a] Tūnc oblati ſunt ei paruuli:ut manus eis imponeret
& oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus uero
b ait eis: [b] Sinite paruulos,& nolite eos prohibere ad me
uenire:talium eſt enim regnum cœlorum. Et cum im-
c poſuiſſet eis manus, abijt inde. [c] Et ecce unus acce-
dēs ait illi: Magiſter bone:quid boni faciā ut habeā ui/
d tam æternam? Qui dixit ei: [d] Quid me interrogas de bo
e no? Vnus eſt bonus deus. [e] Si autem uis ad uitam in-
gredi:ſerua mandata. Dicit illi: Quæ? Ieſus autem di/
xit: Non homicidium facies. Non adulterabis. Non fa
cies furtum. Non falſum teſtimonium dices. Honora
patrem tuum & matrem: & diliges proximum tuum
f ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc cu/
ſtodiui a iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait
g illi ieſus: [f] Si [g] uis perfectus eſſe: uade uende quæ ha
bes & da pauperibus: & habebis theſaurum in cœlo:
& ueni ſequere me. [g] Cum audiſſet autem adoleſcens
h uerbum: abijt triſtis: [h] erat enim habens multas poſſeſ/
i ſiones. [i] Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico uo/
bis: quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum.
k [k] Et iterum dico uobis: Facilius eſt camelū per foramen
acus tranſire q̄ diuitē intrare in regnū cœlorū. Auditis
aūt his diſcipuli mirabant̄ ualde dicētes: Quis ergo po
terit ſaluus

facies &c. Adoleſcentem iſtum tentatorem eſſe: ex eo pro/ C
bare poſſumus, qd̓ dicente ſibi domino: ſi uis ad uitam
ingredi ſerua mandata: rurſum fraudulenter interrogat
quæ ſint illa mādata: quaſi non ipſe legerit: aut dominus
poſſit deo iubere contraria. f Dicit illi adoleſcēs: Om/
nia hęc cuſtodiui a iu/
uētute mea. Quid ad/
huc mihi deeſt? Mētit̄
adoleſcēs. Si em̄ hoc
qd̓ poſitum eſt in mā
datis: Diliges proxi/
mū tuū ſicut teipſū, d 192 II
opere cōpleſſet: quō
poſtea audiēs: Vade
& uende quæ habes,
& da pauperibus, tri/
ſtis receſſit, qa habe/
bat poſſeſſiones mul e 193 II
tas? g Si vis perfe
ctus eſſe: vade vende
quę habes & da paupe
ribus &c. In poteſtate
noſtra eſt utrum ueli
mus eſſe perfecti. Tn̄
quicunque pfectus eſſe
uoluerit, debet uēde/
re quæ habet: & non
ex parte uēdere, ſicut
Ananias fecit & Sap Act. 5. a
phira: ſed totū uende
re: & cū uēdiderit da/
re om̄e paupib⁹,& ſic f 194 II
ſibi præpare theſau/
rum in regno cœlo/
rum. Et hoc ad perfe g 195 II
ctionē nō ſufficit, niſi
poſt contēptas diui/
tias, ſaluatorē ſequat̄:
id eſt, relictis malis fa
ciat bona. Facili⁹ em̄
ſacculus contēnit̄ q̄ D
uoluptas. Multi diui/
tias relinquentes, do
minum non ſequun
tur. Sequitur autem
dominum, qui imita
tor eius eſt:& per ue/
ſtigia illius graditur. Qui enim dicit ſe in chriſto crede/
re: debet quomodo ille ambulauit & ipſe ambulare.
h Abijt triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones.
Hæc eſt triſticia quæ ducit ad mortem. Cauſaque triſticiæ
redditur: quod habuerit multas poſſeſſiones: id eſt ſpi/
nas & tribulos quæ ſemētem dominicam ſuffocauerint.
i Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico vobis:
quia diues difficile intrabit in regnum cęlorum. Et quomo/
do Abrahā, Iſaac & Iacob diuites intrarunt in regnū cœ/ Gen. 13. b. et. 36. a
lorum: & in euangelio Matthæus & Zacheus diuitijs 5. 9. a
derelictis, domini teſtimonio prædicantur? Sed conſy/ Luc. 19. a
derandum qd̓ eo tempore quo intrauerunt, diuites
eſſe deſierunt. Tamdiu ergo non intrabunt, quādiu di/
uites fuerint. Et tamen quia difficulter diuitiæ contem/
nuntur, non dixit: Impoſſibile eſt diuites intrare in re/
gnum cœlorum, ſed difficile. Vbi difficile ponitur: non
impoſſibilitas prætenditur, ſed raritas demonſtratur.
k Et iterum dico vobis: Facilius eſt camelum per fora/
men acus tranſire, q̄ diuitem intrare in regnū cęlorum. Au/
ditis autem his diſcipuli mirabantur valde &c. Hoc dicto
oſtenditur non difficile eſſe, ſed impoſſibile. Si enim
quomodo camelus non poteſt intrare per foramen
acus: ſic diues intrare non poteſt in regna cœlorum:
nullus diuitum ſaluus erit. Sed ſi legamus Eſaiam quo/ Eſa. 60. a
modo cameli madian & epha ueniant hieruſalem cum
donis atque muneribus; & qui prius curui erāt, & uitiorū

 prauitate

E prauitate diſtorti, ingrediantˀ portas hieruſalem: uidebi
mus quō & iſti cameli quibus diuites comparantˀ, cum
depoſuerint grauem ſarcinā peccatorū, & totius corpo/
ris prauitatē: intrare poſſint per anguſtā portā & artā uiā
quæ ducit ad uitam. Interrogantibus autē diſcipulis &
admirantibus auſte/
ritatē dicti, quis ergo
ſaluus fiet? clæmētia
ſua ſeueritatē ſentētiæ
tēperauit dicēs: Quæ
h 196 X apud hoīes īpoſſibi/
lia, apud deū poſſibi/
lia ſunt. a Tūc re/
i 197 V ſpondens petrus dixit
ei: Ecce nos reliqmus
omnia & ſecuti ſumus
te: quid ergo erit no/
bis? Grādis fiducia:
k 198 II Petrus piſcator erat:
diues nō fuerat, ciboſ
manu & arte quære/
bat: & tamen loquitˀ
confidēter, reliqmus
l 199 II omīa. Et quia nō ſuffi
cit tm̄ relinquere: iun
git qđ perfectū eſt: &
a 200 X ſecuti ſumus te. Feci/
mus qđ iuſſiſti: quid
igitˀ nobis dabis pre/
mij? b Ieſus autē
dixit illis: Amen dico
uobis qđ uos qui ſecu
ti eſtis me &c. Non di/
xit, qui reliqſtis om/
nia: hoc em̄ & Socra/
tes fecit philoſophus:
F & multi alij diuitias
cōtempſerūt, ſed qui
ſecuti eſtis me: qđ ꝓ/
prie apoſtolorum eſt
atq̨ credentiū. In re/
generatione cū ſede/
rit fili⁹ hominis in ſe/
de maieſtatis ſuæ: qn̄
& mortui de corru/
ptione reſurgēt incor
rupti, ſedebitis & uos
in ſolijs iudicātium:
condēnantes duode/
cim tribus iſrael: qa
uobis credētibus illi
credere noluerunt.
c Et omnis qui reli/
querit domum uel fra
tres aut ſorores &c. Lo
cus iſte cū illa ſenten/
ſ.10.d tia cōgruit in q̄ ſalua/
tor loquitˀ: Non ueni
pacē mittere ſed gladiū. Veni em̄ ſeparare hominē a patre
ſuo, & matrē a filia, & nurū a ſocru: & inimici hoīs dome/
ſtici eius. Qui ergo ꝓpter fidem chriſti & prædicationē
euāgelij omēs affectus cōtempſerint, atq̨ diuitias & ſæcu
li uoluptates: iſti centuplū recipient & uitā æternā poſſi/
debunt. Ex occaſione huius ſentētiæ, quidā introducūt
mille annos poſt reſurrectionē: dicentes tunc nobis cen/
tuplū omniū rerum quas dimiſimus & uitam æternam
eſſe reddendā: non intelligētes qđ ſi in cæteris digna ſit
repromiſſio, in uxorib⁹ appareat turpitudo: ut qui unā
ꝓ dn̄o dimiſerit, centū recipiat in futuro. Sēſus ergo iſte
eſt: Qui carnalia ꝓ ſaluatore dimiſerit, ſpūalia recipiet:
quæ cōparatiōe & merito ſui ita erūt, q̄ſi ſi ꝑuo numero
cētenarius numer⁹ cōparetˀ. Vnde dicit & Apl̄us: q unā
tantū domū & unius ꝓuinciæ paruos agros dimiſerat,

terit ſaluus eſſe? Aſpiciēs autem ieſus, dixit illis: Apud
homines hoc impoſſibile eſt: apud deum autem om̄ia
a poſſibilia ſunt. [b] Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce
nos reliquimus omnia: & ſecuti ſumus te: Quid ergo
b erit nobis? [i] Ieſus autem dixit illis: Amen dico uobis:
qđ uos qui ſecuti eſtis me in regeneratione: cum ſede/
rit fili⁹ hominis in ſede maieſtatis ſuæ: ſedebitis & uos
ſup ſedes duodecim, iudicātes duodecim tribus iſrael.
c [k] Et omnis qui reliquerit domum uel fratres, aut ſoro/
res, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut
agros, propter nomen meum: centuplum accipiet & ui
tam æternam poſſidebit. [l] Multi autem erunt primi
nouiſſimi: & nouiſſimi primi. Ca. XX

b [a] Simile eſt regnum cœlorum homini patrifami/
lias qui exijt primo mane conducere operarios
in uineam ſuam. Conuentione autem facta cum
operarijs ex denario diurno: miſit eos in uineam ſuam.
Et egreſſus circa horam tertiam: uidit alios ſtantes in fo
ro ocioſos, & dixit illis: Ite & uos in uineam meam: &
quod iuſtum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt.
Iterum autem exijt circa ſextam & nonam horam: &
fecit ſimiliter. Circa undecimam uero exijt: & inuenit
alios ſtantes, & dicit illis: Quid hic ſtatis tota die ocio/
ſi? Dicunt ei: Quia nemo nos cōduxit. Dicit illis: Ite &
uos in uineam. Cum ſero autem factum eſſet: dicit do/
minus uineæ procuratori ſuo: Voca operarios & red/
de illis mercedem, incipiens a nouiſſimis uſq̨ ad pri/
mos. Cum ueniſſent ergo qui circa undecimam ho/
ram uenerant: acceperunt ſingulos denarios. Venien/
tes autem & primi: arbitrati ſunt qđ plus eſſent acce/
pturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. Et
accipientes, murmurabant aduerſus patremfamilias
dicentes: Hi nouiſſimi una hora fecerunt: & pares il/
los nobis feciſti qui portauimus pondus diei & æſtus?
At ille

Quaſi nihil habētes & om̄ia poſſidentes. Ca. XX 2. Cor. 6. b
Simile eſt regnum celorū homini patriſfamilias qui G
exijt primo mane cōducere oparios in uineā ſuā &c.
Parabola iſta uel ſimilitudo regni cœlorum: ex
his quæ præmiſſa ſunt intelligitur. Scriptum eſt
enim ante eam: Mul/
ti erūt primi nouiſſi/
mi, & nouiſſimi pri/
mi. Non tēpore diffe
rēte dn̄o, ſed fide: Di
citq̨ patremfamilias
primo mane exiſſe
ut conduceret opera/
rios in uineā ſuam: &
precium operis cōſti
tuiſſe denariū. Dein/
de egreſſum circa ho
ram tertiā uidiſſe ali/
os ſtantes in platea
ocioſos: & illis neq̄q̨
denariū, ſed qđ iuſtū
eſt fuiſſe pollicitum.
Sexta quoq̨ hora &
nona feciſſe ſimiliter.
Vndecima autem in/
ueniſſe alios ſtantes,
qui tota die ocioſi fue
rant: & miſiſſe eos in
uineā. Cum autē ſe/
ro factum eſſet præce
piſſe procuratori ſuo
ut a nouiſſimis inci/
peret reddere: hoc ē,
ab operarijs horæ un H
decimæ uſq̨ ad ope/
rarios horæ primæ:
omneſq̨ pariter con/
tra nouiſſimos inui/
dia concitatos, iniqta
tem arguiſſe patriſfa/
milias: Non qđ min⁹
acceperint q̄ fuerat
cōſtitutū, ſed qđ pl⁹
accipe uoluerint his
in quos ſe clæmentia
cōductoris effuderat.
Mihi uidētur primæ
horæ eſſe operarij, Sa
muel & Hieremias &
baptiſta Ioānes: qui
poſſunt cū pſalmiſta
dicere: Ex utero ma/ Ps. 21. b
tris meæ deus me⁹ es
tu. Tertiæ uero horæ
oparij ſunt: q a puber
tate ſeruire deo cœpe
runt. Sextæ horæ, qui
matura ætate ſuſcepe
runt iugū chriſti. Nonæ, qui iam declināt ad ſeniū. Porro
undecimæ, qui ultima ſenectute: & tamē omnes pariter
accipiūt præmiū, licet diuerſus labor ſit. Sunt qui hāc pa
rabolā aliter diſſerant. Prima hora, uolunt miſſum eſſe
in uineā Adam, & reliquos patriarchas uſq̨ ad Noe. Ter
tia, ipſum Noe uſq̨ ad Abrahā, & circūciſionē ei datā. Se
xta, ab Abrahā uſq̨ ad moyſen, qn̄ lex data ē. Nona, ipſū
moyſen & ꝓphetas. Vndecima, apl̄os & gentiū populū
qbus omnes inuidēt. Vnde hoc ipſum intelligēs poſt ho
rā iam undecimā, cū eſſet ꝓpe ſolis occaſum & ad ueſpe/
rā, Ioannes euāgeliſta loquitˀ: Filioli mei nouiſſima hora 1. Ioh. 2. c
eſt. Et ſimul cōſydera qđ iniuſticiā patriſfamilias quā in
undecimæ horæ oparijs omēs pariter accuſant: in ſeipſis
nō intelligūt. Si em̄ iniquus eſt paterfamilias: nō in uno
iniquus eſt, ſed in om̄ib⁹: qa nō ſic laborauit tertiæ horæ
operarius:

a At ille reſpondẽs uni eorum,dixit: Amice nõ facio tibi
b c iniuriã. Nonne ex denario conueniſti mecũ? Tolle qd'
tuũ eſt & uade. Volo autem & huic nouiſſimo dare ſi
cut & tibi. Aut non licet mihi qd' uolo facere? An ocu
lus tuus nequã eſt:quia ego bonus ſum? Sic erũt nouiſ
ſimi primi:& primi nouiſſimi. Multi enim ſunt uocati:
e pauci uero electi. [b] Et aſcendens ieſus hieroſolymam
aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto,& ait illis:
Ecce aſcendimus hieroſolymam, & filius hominis tra
detur principibus ſacerdotum & ſcribis : & condemna
bunt eum morte: & tradent eum gentibus ad illuden
dum & flagellandum & crucifigendum:& tertia die re
f ſurget. [c] Tunc acceſſit ad eum mater filiorum çebedei
cum filijs ſuis:adorans & petens aliquid ab eo. Qui di
xit ei:Quid uis? Ait illi:Dic ut ſedeant hi duo filij mei:
unus ad dexteram tuam,& unus ad ſiniſtram in regno
g tuo. Reſpondens autem ieſus,dixit: Neſcitis quid peta
h tis. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?
i Dicunt ei:Poſſumus. Ait illis: Calicem quidem meum
bibetis : ſedere autẽ ad dexteram meam & ſiniſtram,
non eſt meum dare uobis : ſed quibus paratum eſt a
k patre meo. [d] Et audientes decẽ indignati ſunt de duo
l bus fratribus. Ieſus autem uocauit eos ad ſe, & ait:
Scitis:quia principes gentiũ dominantur eorũ:& qui ma
iores ſunt,

A operarius:quomodo ille qui prima hora eſt miſſus in uineã. Similiter & ſextæ horæ oparius:minus laborauit tertiæ horæ operario: & nonæ,ſextæ horæ operario. Omnis itaqꝫ retro uocatio gentibus inuidet: & in euangelij torquetur gratia. Vnde & ſaluator concludens parabolam: Erũt,inquit,primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi: Qd' iudæi de capite uertantur in caudam:& nos de cauda mutemur in caput. a Amice nõ facio tibi iniuriã. Legi in cuiuſdã libro: amicum iſtum qui increpatur a patrefamilias, primæ horæ operariũ, protoplaſtum intelligi, & eos qui illo tpe crediderũt. b Nõne ex denario conueniſti mecũ? Denarius figurã regis habet. Recepiſti ergo mercedẽ quã tibi ꝓmiſerã:hoc eſt imaginẽ & ſimilitudinẽ meã:qd quæris amplius: & nõ tã ipſe plus accipere q̃ aliũ nihil accipere deſyderas: quaſi alterius cõſortio minuatur premij meritũ? c Tolle qđ tuum eſt & vade. Iudæos intellige,non gratia ſed ope ſaluatos. Qui enim fecerit eã,uiuet in ea. Vnde dicitur ad eũ: d An oculus tuus nequã eſt: quia ego bonus ſum. Idipſum ſonat & illa Lucæ parabola: ubi maior filiꝰ minori inuidet,& nõ uult eũ recipi pœnitentẽ,& patrẽ accuſat iniuſticiæ. Et ut ſciamus hunc eſſe ſenſum quẽ diximus,titulus parabolæ huius finiſqꝫ conſentiũt. Sic erũt,inquit, nouiſſimi primi:& primi nouiſſimi. Multi em̃ ſunt uocati:pauci uero electi. e Et aſcendẽs ieſus hieroſolymam aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto,& ait illis: Ecce aſcẽdimus hieroſolymã:& filius hoĩs tradetur &c. Crebro hoc ipſum diſcipulis dixerat:ſed quia multis in medio diſputatis poterat labi de memoria qd' audierãt:iturus hieroſolymã,& ſecũ ducturus aplos, ad tentationẽ eos parat: ne cũ uenerit ꝑſecutio & crucis ignominia,ſcandaliçentur. f Tũc acceſſit ad eũ mater filiorũ çebedei cũ filijs ſuis &c. Vnde opinionẽ regni habet mater filiorũ çebedei: ut cũ dñs dixerit: filiꝰ hoĩs tradetur principibꝰ ſacerdotũ & ſcribis:& condẽnabũt eũ morte:& tradẽt gẽtibus ad illudẽdũ & flagellandũ & crucifigendũ, & ignominiã paſſiõis timẽtibus diſcipulis nũciaret:illa gloriã poſtulet triũphãtis? Hac ut reor ex cauſa:quia poſt omnia dixerat dñs:& tertia die reſurget:putauit eũ mulier poſt reſurrectionẽ ilico regnaturũ: & hoc qd' in ſecũdo aduentu ꝓmittitur,in primo eſſe cõplendũ:& auiditate fœminea præſentia cupit,ĩmemor futurorũ. Qd' autẽ interrogat dñs, & illa petente reſpõdit: quid uis? nõ uenit de ignorãtia: ſed ex eiꝰ ꝑſona dicitur qui flagellãdus & crucifigendus erat: quõ &
Luce.8.f in hæmorrouſa: Quis me tetigit? Et de Laçaro: Vbi po
Ioã.11.d ſuiſtis eum? In ueteri quoqꝫ teſtamento: Adam ubi es? Et
Gẽn.3.b deſcẽdens uidebo ſi iuxta clamorẽ qui uenit ad me per
Ibidẽ,18.c ficiant: ſin autem non eſt, ut ſciam. Poſtulat autem mater filiorũ çebedei errore muliebri & pietatis affectu, neſciẽs quid peteret. Nec mirum ſi iſta arguatur imperitiæ, cum

C de Petro dicatur : quando tria uult facere tabernacula, Mar.9.a
Neſciens quid diceret. g Reſpondens autem ieſus dixit: Neſcitis quid petatis. Mater poſtulat: & dñs diſcipulis loquitur: intelligẽs preces eius ex filiorũ deſcendere uolũtate. h Poteſtis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus ſum? Calicẽ in ſcripturis diuinis, paſſionem intelligimus: iuxta illud: Pa Infra.26,d
ter, ſi poſſibile eſt, trãſeat a me calix iſte. Et in pſalmo: Quid re Pſ.115.a
tribuã dño ꝓ omnibus quæ retribuit mihi? b 201 II
Calicẽ ſalutaris accipiã, & nomen dñi inuocabo. Statimqꝫ infert quis iſte ſit calix. Præcioſa in cõſpectu dñi mors ſanctorum eius. i Ait illis: calicem quidẽ meũ bibetis &c. Quæritur quõ c 202 VI
calicẽ martyrij filij çebedei, Iacobus uidelicet & Ioannes biberint: cũ ſcriptura narret Iacobũ tantũ apo Act.12.a
ſtolũ ab herode capite truncatũ : Ioannes autẽ ꝓpria morte uitam finierit. Sed ſi legamus eccleſiaſticas hiſtorias, in qbus fer

D tur, qd' & ipſe ꝓpter d 203 II
martyriũ ſit miſſus in feruẽtis olei doliũ, & inde ad ſuſcipiendam coronã chriſti athleta ꝓceſſerit: ſtatimqꝫ relegatꝰ in pathmos inſulã ſit: uidebimus martyrio animũ nõ defuiſſe:& bibiſſe Ioannẽ calicẽ cõfeſſiõis, quẽ & tres pueri in camino ignis biberũt: licet ꝑſecutor nõ fuderit ſanguinẽ. Qd' aũt dicit: ſedere ad dexterã meã & ſiniſtrã, nõ eſt meũ dare uobis, ſed qbꝰ patũ eſt a patre meo: ſic intelligẽdũ eſt: Regnũ cœlorũ nõ eſt dãtis ſed accipiẽtis. Nõ eſt em̃ acceptio ꝑſonarũ apud deũ: ſed qcũqꝫ talẽ ſe præbuerit ut regno cœloꝝ dignꝰ fiat: hic accipiet, qd' nõ ꝑſonæ ſed uitæ patũ eſt. Si itaqꝫ tales eſtis q conſeq̃mini regnũ cœlorũ, qd' pater meꝰ triũphãtibꝰ & uictoribꝰ præpauit: uos q̊qꝫ accipietis illud. Alij de moyſe & Elia dictũ uolũt, q̃s paulo ante in monte cũ eo uiderãt loquẽtes: ſed mihi nequaqꝫ uidetur. Ideo em̃ ſedẽtiũ in regno cœloꝝ uocabula nõ dicũtur: ne paucis noĩatis, cæteri putarentur excluſi. k Et audiẽtes decẽ indignati ſũt de duobꝰ fratribꝰ. Decẽ apli nõ indignantur matri filioꝝ çebedei, nec ad mulieris audaciã referũt poſtulãtis, ſed ad filios, qd' ignorãtes mẽſurã ſuã, ĩmodica cupiditate exarſerint: quibꝰ & dñs dixerat: Neſcitis qd petatis. Subintelligitur aũt uel ex rñſione dñi, uel ex indignatiõe aploꝝ, ꝙ filij matrẽ ĩmiſerint ad grãdia poſtulãda. l Ieſus aũt uocauit eos ad ſe & ait: Scitis qꝛ ꝑncipes gẽtiũ dñantur eoꝝ &c. Humilis magiſter & mitis: nec cupiditatis ĩmodicæ duos arguit poſtulãtes: nec decẽ reliquos indignatiõis increpat & liuoris, ſed tale ponit exemplũ, q̊ doceat eũ maiorem eſſe qui minor fuerit:& illũ dñm fieri, qui omniũ ſeruus ſit. Fruſtra igitur aut illi ĩmoderata quæſierant: aut iſti dolent ſuper maiorũ deſyderio: cũ ad ſummitatẽ uirtutũ nõ potẽtia ſed humilitate ueniatur. Deniqꝫ ſui ꝓponit exẽplũ, ut ſi dicta ꝑuipẽderẽt, erubeſcerẽt ad opa: & dicit:
Sicut filius

iores ſunt, poteſtatem exercent in eos. Non ita erit in-
ter uos: ſed quicũq; uoluerit inter uos maior fieri, ſit
ueſter miniſter. Et qui uoluerit inter uos primus eſſe:
a erit ueſter ſeruus. [e] Sicut filius hominis non uenit mi-
b niſtrari, ſed miniſtrare: Et dare animã ſuã redemptionẽ
c pro multis. [f] Et egredietibus illis ab hiericho: ſecuta eſt
eum turba multa. Et ecce duo cæci ſedentes ſecus uiam,
audierunt quia ieſus tranſiret: & clamauerũt, dicentes:
Dñe miſerere noſtri fili dauid. Turba autem increpa-
bat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicẽtes: Do
d mine miſerere noſtri fili dauid. Et ſtetit ieſus & uocauit
eos: & ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi: Do
e mine ut aperiantur oculi noſtri. Miſertus autem eorũ
ieſus, tetigit oculos eorum: Et confeſtim uiderunt: & ſe-
cuti ſunt eum.

Ca. XXI

f ET cum appropinquaſſet hieroſolymis & ue-
niſſet bethphage ad montem oliueti: tunc ie-
ſus miſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtel
lum qđ contra uos eſt: & ſtatim inuenietis aſinam alli-
gatam & pullum cum ea: ſoluite & adducite mihi. Et ſi
quis uobis aliqd dixerit, dicite: quia dominus his opus
g habet: & confeſtim dimittet eos. [h] Hoc autem factum
eſt: ut adimpleretur qđ dictum eſt per prophetam, di-
centem: Dicite filiæ ſion: ecce rex tuus uenit tibi mãſue-
h tus: ſedens ſuper aſinam & pullũ filiũ ſubiugalis. [c] Eun
tes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit illis ieſus. Et
adduxerunt aſinam & pullum: & impoſuerũt ſup eos
ueſtimneta

E a Sicut filius hominis nõ uenit miniſtrari ſed miniſtrare.
Nota, qđ crebro diximus, eum qui miniſtrat, appellari
filium hominis. b Et dare animã ſuã redemptionẽ pro
multis. Quando formã ſerui accepit: ut pro mundo ſan
guinem funderet. Non dixit animã ſuã redemptionẽ da
re pro omnibus: ſed pro
multis: id eſt pro his q
credere uoluerint.
c Et egredietibus il
lis ab hiericho/ ſecuta
eſt eũ turba multa &c.
e 204 IIII Multi latrones erant
in hiericho: q egrediẽ
tes & deſcẽdentes de
f 205 II hierlm, interficere &
uulnerare conſueue-
rãt. Idcirco dñs uenit
hiericho cũ diſcipl'is
ſuis, ut liberet uulne-
ratos & multã turbã
ſecum trahat. Deniq;
poſtq; egredi uoluit
ab hiericho, ſecuta eſt
eum turba multa. Si
manſiſſet hieroſoly-
mis & nunq; ad hu-
milia deſcẽdiſſet: tur-
ba uſq; hodie ſederet
a 206 II in tenebris & umbra
mortis. Sed & duo cæ
ci erant iuxta uiã. Cæ
cos appellat qui nec
dum dicere poterãt:
Ps. 35. c In lumine tuo uide-
bimus lumen. Secus
uiam, quia uidebanẽ
F quidem legis habere
noticiã: ſed uiã quæ
b 207 VII chriſtus eſt ignora-
bant. Quos plæriq;
phariſæos intelligũt
& ſadducæos. Alij ue
c 208 II ro utrũq; populũ, &
ueteris teſtamenti &
noui: qđ alter ſcriptã
legẽ: alter naturalẽ ſe
quẽſ, ſine chriſto cæc⁹
erat. Hi qa p ſe uidere
nõ poterãt: audierũt præconia ſaluatoris: & confeſſi ſunt
filiũ dauid. Sin autẽ uterq; cæcus refertur ad populũ iu-
dæorũ: hoc qđ ſequitur: Increpabat eos turba: ſup ethni-
Rom. 11. b cis intelligendũ eſt: quos Apoſtolus monet ne glorienẽ
& ſuperbiant contra radicem ſuam: ſed cum ipſi errore
priorum inſerti fuerint ex oleaſtro in bonam oliuam, ne
quaq; debeant inuidere priorum ſaluti. Miſerere noſtri
fili dauid. Increpãtur a turbis & nihilominus non tacẽt:
ſed crebrius id ipſum ingeminãt, ut deſyderiũ plenũ ue-
ræ lucis oſtendant. d Et ſtetit ieſus & uocauit eos/ & ait.
Cæci erant, quo pergerent ignorabant: & ſequi nõ pote-
rant ſaluatorẽ. Multæ foueæ in hiericho, multæ rupes &
prærupta in profundũ uergentia: idcirco dñs ſtat: ut ue
nire poſſint: & uocari iubet ne turbæ prohibeãt: & inter-
rogat quaſi ignorãs qd uelint: ut ex reſponſione cæcorũ
manifeſta debilitas pateat: & uirt⁹ ex remedio cognoſca-
tur. e Miſertus autẽ eorũ ieſus/ tetigit oculos eorũ: & cõ
feſtim viderunt: & ſecuti ſunt eum. Tangit oculos: & præſtat
artifex, quod natura non dederat. Aut certe quod debi-
litas tulerat, donat miſericordia. Statimq; uiderunt & ſe-
cuti ſunt eum. Qui ante in hiericho contracti ſedebant:
& clamare tm̃ nouerant, poſtea ſequũtur ieſum,
non tã pedibus q̃ uirtutibus. Ca. XXI
ET cum appropinquaſſet hieroſolymis & veniſſet
bethphage ad montẽ oliueti: tunc ieſus miſit duos
diſcipulos ſuos dicẽs eis: Ite in caſtellũ qđ contra vos eſt &c. G
Egreditur de hiericho, turbis eductis inde q̃plurimis: &
cæcis reddita ſanitate appropinquat hieroſolymis, ma-
gnis ditatus mercibus: ſalute credentium reddita, ingre
di cupit urbem pacis, & locum uiſionis dei, & arcem ſpe-
culatorij. Cumq; ap-
propinqret hieroſoly
mis & ueniſſet beth-
phage ad domũ ma-
xillarũ: qui ſacerdo-
tũ uiculus erat, & cõ-
feſſionis portabat ty-
pũ: & erat ſit⁹ in mon
te oliueti: ubi lumen
ſciẽtiæ, ubi laborũ &
dolorũ requies: miſit
duos diſcipulos ſuos
θεωρητικὴν καὶ πρακτι-
κὴν: id eſt ſcientiam &
operã, ut ingrederẽẽ
caſtellũ: Dixitq; eis:
Ite in caſtellum qđ
contra uos eſt. Con-
tra apoſtolos em̃ erat,
nec iugum doctrina-
rum uolebat accipe-
re. Et ſtatim, inquit, in
uenietis aſinam alli-
gatam, & pullum cũ
ea: ſoluite & adducite
mihi. Alligata erat aſi
na mltis uinculis pec
catorũ. Pullus quoq;
laſciuus: & frænorũ
impatiens cum ma-
tre: ſcđm euangeliũ
Lucæ: multos habe- Luc. 19. e
bat dños, non uno er
rori & dogmati ſub- H
ditos: & tamen multi
domini qui ſibi po-
teſtatem illicitam uẽ-
dicabant, uidẽtes ue-
rum dominum & ſer
uos eius ueniſſe, qui
ad ſoluendum miſſi
fuerant, non audent
reſiſtere. Quæ ſit au-
tem aſina & pullus aſinæ, dicemus in ſubditis. g Hoc
autem factum eſt vt adimpleretur qđ dictum eſt per prophe
tam dicentem: Dicite filię ſion: ecce rex tuus venit tibi man-
ſuetus/ ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis.
Hoc in propheta Zacharia ſcriptum eſt: de quo plenius, Zach. 9. b
ſi uitæ ſpacium fuerit, in ſuo dicetur loco. Nunc ſtringen
dum breuiter, qđ ſcđm literam in paruo itineris ſpacio
ſuper utrumq; animal ſedere non quiuerit. Aut enim
ſedit aſinæ, & pullus abſq; ſeſſore fuit: aut ſi pullo, quod
magis competit, uſus eſt ad ſedendum: aſina ducta eſt
liberã. Ergo cum hiſtoria uel impoſſibilitatem habeat,
uel turpitudinem, ad altiora tranſmittimur: ut aſina iſta
quæ ſubiugalis fuit, & edomita & iugum legis traxerat,
ſynagoga intelligatur. Pullus aſinæ laſciuus & liber:
gentium populus, quibus ſederit ieſus, miſſis ad eos
duobus diſcipulis ſuis, uno in circumciſionẽ, & altero
in gentes. h Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præ
cepit eis ieſus: & adduxerunt aſinam & pullum: & impoſue-
runt ſuper eos veſtimenta ſua: & eum deſuper ſedere fece-
runt. Pullus iſte & aſina, quibus apoſtoli ſternunt ueſti-
menta ſua, ut ieſus mollius ſedeat: ante aduentum ſal-
uatoris nudi erant: multiſq; ſibi in eos dominatum uen
dicantibus, abſq; operimento frigebant. Poſtquã uero
ſuſcepere apoſtolicas ueſtes: pulchriores effecti: domi-
num habuere ſeſſorem. Veſtis autem apoſtolica: uel
doctrina

a ueſtimenta ſua:& eum deſuper ſedere fecerunt. Pluri-
ma autẽ turba ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia. Alij
b autẽm cædebãt ramos de arborib⁹ & ſternebãt in uia.
c ᶜ Turbæ autem quæ præcedebãt & quæ ſequebant̃ cla
mabant dicentes: Oſanna filio dauid: benedictus qui
ᵭ uenit in nomine ᵈ dñi: oſanna in excelſis. ᵉ Et cũm in-
traſſet hieroſolymã: cõmota eſt uniuerſa ciuitas, dicẽs:
e Quis eſt hic? Populi autẽ dicebãt: Hic eſt ieſus ꝓpheta
f a naçareth galilææ. ᶠ Et intrauit ieſus in templũ dei: &
eijciebat omẽs uendẽtes & emẽtes in templo: & mẽſas
nũmulariorũ, & cathedras uendentiũ columbas euer-
tit. Et dixit eis: Scriptum eſt: domus mea, domus ora-
tionis uocabitur: uos autẽ feciſtis illã ſpeluncã latronũ.
Et acceſſerũt

A doctrina uirtutum, uel ediſſertio ſcripturarum intelligi
poteſt: ſiue eccleſiaſticorum dogmatum uarietates: qui/
bus niſi anima inſtructa fuerit & ornata, ſeſſorem habe
re dominum non meretur. a ¶ Plurima autem turba
ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Videte differentiã uniuſ/
cuiuſq; pſonæ. Apo/
ſtoli ueſtimẽta ſua ſu
per aſinũ ponũt: tur/
ba quæ uilior eſt, ſub
ſternit pedibus aſini:
necubi offendat in la
pidẽ: ne calcet ſpinã,
ne labatur in foueã.
b ¶ Alij autẽ cędebãt
ramos de arboribus ꝛ
ſternebant in via. De
arboribus frugiferis
quibus mons olïueti
conſitus eſt: cædebãt
ramos ſternebãtq; in
uia: ut praua recta fa
cerent, & æquarẽt in/
æqualia: quo rectius
atq; ſecurius in corde
credẽtiũ, chriſtus dæ
monum atq; uitio/
rũ uictor incederet.
c ¶ Turbę autem quę
ꝓcedebãt ꝛ quę ſequebant̃ clamabãt dicẽtes: oſanna filio da/
uid ꝛc. Quia manifeſta eſt hiſtoria, ſpiritualẽ ſequamur
ordinẽ diſſerendi. Turbæ quæ egreſſæ fuerant de hieri/
cho, & ſecutæ ſunt ſaluatorẽ ac diſcipulos ei⁹, poſtq; pul/
lum aſinæ ſolutũ uiderũt, qui ante ligatus fuerat: & apo/
ſtolorum ueſtibus exornatũ, & ſedentẽ ſup eum dñm ie/
ſum: ſuppoſuerũt ueſtimenta ſua, & ſtrauerunt uiam ra/
B mis arborũ. Cũq; opere cuncta feciſſent: uocis quoq; tri
buunt teſtimonium: & præcedẽtes atq; ſequẽtes, nõ bre/
ui atq; ſilenti cõfeſſione: ſed clamore pleniſſimo reſonãt:
oſanna filio dauid: benedictus qui uenit in nomine dñi.
Qꝫ aũt dicit: Turbæ quæ præcedebãt & quæ ſequebant̃:
utrũq; oſtendit populũ: & qui ante euãgeliũ, & qui poſt
euangeliũ dño crediderunt, conſona ieſum confeſſionis
uoce laudare: & ſcd'm ſupioris parabolæ exemplũ diuer
ſarũ horarum operarios, unũ fidei accipe præmiũ. Porro
qd' ſequit̃; oſanna filio dauid: quid ſignificet: & ante an/
nos plurimos in breui epiſtola ad Damaſum tunc rho/
manæ urbis epiſcopũ dixiſſe me memini: & nunc pſtrin
gam breuiter. In centeſimo decimoſeptimo pſalmo: qui
manifeſte de aduentu ſaluatoris ſcriptus eſt: inter cætera
Ps.117.c hoc q̊q; legimus: Lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificantes:
hic factus eſt in caput anguli. A dño factũ eſt iſtud, hoc
eſt mirabile in oculis nr̃is. Hæc ẽ dies quã fecit dñs, exul/
tem⁹ & lætemur in ea. Statimq; iũgit̃: O dñe ſaluũ me fac:
O domine bene proſperare. Benedictus qui uenit in no/
mine dñi: benediximus uobis de domo dñi & cætera.
Pro eo quod habetur in Lxx. interpretibus, ὦ κύριε σῶ/
σον δὴ: id eſt: O domine ſaluum fac: In hebræo legimus
אנא יהוה הושיעה נא qd' manifeſtius interpretatus eſt
Symmachus dicens: Obſecro dñe ſaluũ fac, obſecro. Ne
mo ergo putet ex duobus uerbis, græco uidelicet & he/
bræo ſermone eſſe compoſitũ: ſed totũ hebraicũ: & ſigni/
ficare qd' aduẽtus chriſti ſalus mũdi ſit. Vnde & ſequit̃:
Benedictus qui uenit in noĩe domini. Saluatore quoq;
Iob.5.g id ipſum in euangelio cõprobante: Ego ueni in nomine
patris mei: & nõ me recepiſtis. Alius ueniet in noĩe ſuo: &
recipietis eũ. Necnõ qd' iungit̃: Oſanna: id eſt ſalus, in ex
celſis: perſpicue oſtendit̃, q aduẽtus chriſti nõ tantũ ho/
minũ ſalus, ſed totius mũdi ſit: terrena iungẽs cœleſtib⁹:
Phil.2.b Vt omne genu ei flectat̃ cœleſtiũ, terreſtriũ & infernorũ.
d ¶ Et cũ intraſſet hieroſolymã: cõmota eſt vniuerſa ciui/
tas dicẽs: Quis eſt hic? Introeunte ieſu cũ turba tota: hie/
roſolymorũ ciuitas cõmouet̃: mirans frequentiã, neſciẽs
ueritatẽ, & dicens: Quis eſt hic? Qd' quidẽ in alio loco
dicentes angelos legimus: Quis eſt iſte rex gloriæ? Alijs C
autẽ uel ambigẽtib⁹ uel interrogãtibus, uilis plæbecula Ps.23.b
confitet̃: a minorib⁹ incipiẽs, ut ad maiora ꝑueniat: & di
cit: e ¶ Hic eſt ieſus ꝓpheta a naçareth galilęę. Propheta,
quẽ & Moyſes similẽ ſui dixerat eſſe uẽturũ, & qui ꝓprie
apud græcos ſcribit̃
cũ τοῦ ἄρθρου μαρτυ/
ρία id eſt cũ articuli te
ſtimonio. A naçareth
autẽ galilææ: quia ibi
educatus fuerat: ut
flos campi nutriret̃ d 209 I
in flore uirtutum.
f ¶ Et intrauit ieſus
in templũ dei: ꝛ eijcie/
bat omnes vendentes e 210 X
ꝛ ementes in templo: ꝛ
menſas nũmulariorũ
ꝛ cathedras vẽdentiũ f 211 I
colũbas euertit ꝛc. Co
mitatus ieſus turbã
credentium: quæ ue/
ſtimenta ſua ut illeſo
pede pullus incede/
ret ſtrauerat: ingredi
tur templum: & eijcit
omnes qui uendebãt
& emebãt in templo:
menſaſq; nũmulariorũ ſubuertit: & cathedras uenden/
tium columbas diſſipauit: dixitq; eis de ſcripturis ſan/
ctis teſtimoniũ proferens, qd' domus patris eius, oratio/
nis domus eſſe deberet: non ſpelunca latronum, uel do/ Eſa.56.c
mus negociationis: ſicut in alio euangeliſta ſcriptum eſt. Hiere.7.b
Et hoc primũ ſciendũ, qd' iuxta mãdata legis, auguſtiſ/ Iob.2.c
ſimo in toto orbe templo domini: & de cunctis pene re/
gionibus iudæorũ illuc populo confluente, innumera/
biles ĩmolabant̃ hoſtiæ: maxime feſtis diebus: taurorũ,
arietum, hircorum: pauperibus ne abſq; ſacrificio eſſent, D
pullos columbarum & turtures offerentibus: accidebat
plærũq;, ut qui de longe uenerãt nõ haberent uictimas.
Excogitauerũt igitur ſacerdotes, quomodo prædam de
populo facerẽt: & omnia animalia quibus opus erat ad
ſacrificia, uendebant: ut & uenderent non habentibus:
& ipſi rurſum empta ſuſciperent. Hanc ſtropham eorũ
crebra uenientiũ inopia diſſipabat, qui indigebant ſum/
ptibus: & non ſolũ hoſtias nõ habebãt, ſed ne unde eme/
rent quidem aues & uilia munuſcula. Poſuerunt itaq; &
nũmularios qui mutuam ſub cautione darent pecuniã.
Sed quia erat lege præceptum, ut nemo uſuras accipet: Leuit.25.e
& prodeſſe non poterat pecunia fœnerata: quæ cõmodi Deut.23.d
nihil haberet, & interdum ſortem perderet: excogitaue/
runt & aliam technã, ut pro nũmularijs colybiſtas face/
rent: cuius uerbi proprietatẽ latina lingua non exprimit:
Colyba dicuntur apud eos: quæ nos appellamus trage
mata, uel uilia munuſcula: Verbi gratia: frixi ciceris:
uuarũq; paſſarum, & poma diuerſi generis. Igitur quia
uſuras accipere non poterant colybiſtæ qui pecuniã fœ/
nerati erant, pro uſuris accipiebant uarias ſpecies: ut qd'
in nũmo non licebat: in his rebus exigerent quæ nũmis
coemuntur: quaſi non hoc ipſum Eçechiel prædicauerit
dicens: Vſuram & ſupabũdantiã nõ accipietis. Iſtiuſmo/
di dominus cernens in domo patris negociationem ſeu Eçech.22.c
latrocinium, ardore ſpiritus concitatus: iuxta qd' ſcriptũ
eſt in ſexageſimooctauo pſalmo: Zelus domus tuæ co/
medit me: fecit ſibi flagellum de funiculis, & tantam ho/
minum multitudinem eiecit de templo, dicens: Scriptũ
eſt: domus mea, domus orationis uocabitur: uos autem
feciſtis eam ſpeluncã latronũ. Latro eñ eſt, & templũ dei
in latronũ conuertit ſpecum: qui lucra de religione ſecta
tur: cultuſq; eius non tam cultus dei q̃ negociationis oc
caſio eſt. Hoc iuxta hiſtoriam, Cæterum ſcd'm myſticos
intellectus: quotidie ieſus ingreditur templum patris, &
eijcit omnes tam epiſcopos & preſbyteros & diaconos,
q; laicos,

a [g]Et acceſſerũt ad eum cæci & claudi in templo: & ſa/
b nauit eos. [h]Videntes autem principes ſacerdotum &
ſcribæ, mirabilia quæ fecit: & pueros clamantes in tem/
plo, & dicentes: Oſanna filio dauid: indignati ſunt. Et
c dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dicit
eis: Vtiq;: Nunq̃ legiſtis: quia ex ore infantium & la/
d ctentium perfeciſti laudem? [i]Et relictis illis abijt foras
e extra ciuitatem in bethaniam: ibiq; manſit. Mane au/
tem reuertens in ciuitatem, eſurijt. Et uidens fici arbo/
rem unam ſecus uiam: uenit ad eam: & nihil inuenit in
ea niſi folia tantũ. Et ait illi: Nunq̃ ex te fructus naſca/
tur in ſempiternum: & arefacta eſt continuo ficulnea.
Et uidentes diſcipuli: mirati ſunt dicentes: Quomodo
f continuo aruit? [k]Reſpondẽs autem ieſus, ait eis: Amẽ
dico uobis: ſi habueritis fidem & non hæſitaueritis:
non ſolum de ficulnea facietis: ſed & ſi monti huic di/
xeritis: tolle & iacta te in mare, fiet.

Et omnia

E que laicos: & uniuerſam turbam de eccleſia ſua: & unius criminis habet uendentes pariter & ementes. Scriptum eſt enim: Gratis accepiſtis, gratis date. (Matt. 10.a) Menſas quoq; nũmulariorũ ſubuertit. Obſerua propter auariciam ſacerdotum, altaria dei, nũmulariorũ menſas appellari. Cathedraſq; uendentiũ colũbas euertit: qui uendunt gratiam ſpirituſſancti: (g 212 X) & om̃ia faciũt ut ſubiectos populos deuorent: (h 213 V) de quibus dicitur: (Pſ. 13.b) Qui deuorant populum meũ ſicut eſcam panis. Iuxta ſimplicem intelligẽtiam, columbæ nõ erant in cathedris, (i 214 VI) ſed in caueis: niſi forte columbarum inſtitores ſedebant in cathedris: Quod penitus abſurdũ eſt: qa in cathedris, magiſtrorũ magis dignitas indicatur: quæ ad nihilũ redigitur, cũ mixta fuerit lucris. (k 215 VI) Quod de eccleſijs diximus: unuſquiſq; de ſe intelligat. Dicit enim apoſtolus: (2. Cor. 6.d; 1. Cor. 3.d) Vos eſtis templũ dei: & ſpirituſſanctus habitat in uobis. Nõ ſit in domo pectoris noſtri negociatio: nõ ementium uendentiũq; cõmertia, non donorum cupiditas: ne ingrediatur ieſus iratus & rigidus: & non aliter mundet templũ ſuum: niſi flagello adhibito: ut de ſpelunca latronũ & de domo negociationis, domũ faciat orationis.

F a ¶ Et acceſſerunt ad eum ceci & clau di in templo & ſanauit eos. Niſi menſas nũmulariorũ euertiſſet: cathedraſq; colũbas uendentiũ: cæci & claudi lucẽ priſtinã & concitum gradum non meruiſſent recipere. b ¶ Videntes autem principes ſacerdotum & ſcribe mirabilia que fecit &c. Plæriq; arbitrantur maximũ eſſe ſignorũ quod Laçarus ſuſcitatus eſt: (Ioh. 11.e. 9.a) quod cæcus ex utero lumẽ accepit: (Ib. 3.d) quod ad iordanem uox audita ſit patris: quod transfiguratus (Mar. 9.a) in monte gloriã oſtenderit triumphantis. Mihi inter om nia ſigna quæ fecit: hoc uidetur mirabilius eſſe: quod unus homo & illo tempore contemptibilis: & intantũ uilis ut poſtea crucifigeretur: ſcribis & phariſæis contra ſe ſæuientibus & uidẽtibus lucra ſua deſtrui, potuerit ad unius flagelli uerbera tantã eijcere multitudinẽ: menſaſq; ſubuertere, & cathedras confringere: & alia facere quæ infinitus non feciſſet exercitus. Igneum enim quiddam atq; ſydereum radiabat ex oculis eius: & diuinitatis maieſtas lucebat in facie. Cũq; manum non audeant inijcere ſacerdotes: tamen opera calumniantur: & teſtimonium populi atq; puerorum qui clamabant, Oſanna filio dauid: uertunt in calumniã: quod uidelicet hoc non dicatur niſi ſoli filio dei. Videant ergo epiſcopi & quãtũlibet ſancti hoĩes: cum quanto periculo dici iſta ſibi patiantur: ſi dño cui uere hoc dicebatur: quia necdum erat ſolida credentium fides, pro crimine impingitur. c ¶ Ieſus autem dicit illis: vtiq;. Nunq̃ legiſtis: quia ex ore infantiũ & lactentiũ perfeciſti laudẽ? Quã moderate ſententiã temperat: & reſponſio utrũq; uergens & calumniæ non patens. Non dixit quod ſcribæ audire cupiebant: bene faciunt pueri: ut mihi teſtimonium perhibeant: nec rurſum errant, pueri ſunt, debetis ætati ignoſcere: ſed profert exemplũ de octauo pſalmo: ut tacente dño, ſcripturarum teſtimoniũ puerorum dicta firmaret. d ¶ Et relictis illis abijt foras extra ciuitatẽ in bethaniã: ibiq; manſit. Reliquit incredulos: & urbem egreſſus cõtradicentiũ, iuit bethaniã: quod interpretatur domus obedientiæ: iam tunc uocationẽ gentiũ præfigurans: ibiq; manſit, quia in iſrael permanere nõ potuit. (G) Hoc quoq; intelligendũ eſt quod tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus ſit: ut in urbe maxĩa nullũ hoſpitem, nullam inuenerit manſionem: ſed in agro paruulo apud laçarum ſororeſq; eius habitaret: eorum quippe uicus bethania eſt. e ¶ Mane autem reuertens in ciuitatẽ eſurijt &c. Diſcuſſis noctis tenebris, matutina luce radiãte: & uicina meridie, in qua dñs paſſione ſua illuſtraturus erat orbem: cum in ciuitatem reuerteretur eſurijt: uel ueritatem humanæ carnis oſtẽdẽs: uel eſuriens ſalutem credentiũ: & æſtuans ad incredulitatẽ iſraelis. Cũq; uidiſſet arborem unam: quã intelligimus ſynagogã: & cõciliabulũ iudæorum iuxta uiam: habebat enim legẽ: & ideo iuxta uiam erat: quia non credebat in uiã: uenit ad eam, ſtantẽ ſcilicet & ĩmobilẽ, & nõ habentẽ euãgelij (H) pedes: nihilq; inuenit in ea, niſi folia tantũ: promiſſionũ ſtrepitum: traditiones phariſaicas: & iactationẽ legis: & ornamẽta uerborũ abſq; ullis fructibus ueritatis. Vnde & alius euangeliſta dicit: (Marc. 11.b) Nondũ enim erat tempus: ſiue quod tempus nondũ uenerat ſaluationis iſrael: eo quod nondũ gentiliũ populus ſubintraſſet: ſiue quod præteriſſet tẽpus fidei: quia ad illũ primũ ueniens, & ſpretus, tranſiſſet ad nationes. Et ait illi: nunq̃ ex te fructus naſcatur: uel in ſempiternũ, uel in ſæculum: utrũq; enim αἰῶνα græcus ſermo ſignificat. Et arefacta eſt ficulnea: quæ eſuriẽte dño cibos quos ille cupierat non habebat. Sic autem aruerũt folia ut truncus ipſe remaneret: & fractis ramis uireret radix: quæ in nouiſſimo tempore ſi credere uoluerit: uirgulta fidei pullulet: impleaturq; ſcriptura dicens: (Iob. 14.a) Eſt arbori ſpes. Iuxta literam autem dñs paſſurus in populis: & baiulaturus ſcandalum crucis: debuit diſcipulorũ animos ſigni anticipatione firmare. Vnde & diſcipuli mirantur dicentes: Quõ continuo aruit? Potuit ergo ſaluator eadem uirtute etiam inimicos ſiccare ſuos: niſi eorum per pœnitentiã expectaſſet ſalutẽ. f ¶ Reſpondẽs autẽ ieſus ait eis: Amen dico vobis: ſi habueritis fidẽ & nõ heſitaueritis: nõ ſolũ de ficulnea facietis: & ſi monti huic dixeritis tolle & iacta te in mare: fiet. Latrant contra nos gentiliũ canes in ſuis uoluminibus, quæ in impietatis propriæ memoriã reliquerũt: aſſerentes apoſtolos nõ habuiſſe fidem: quia montes tranſferre nõ potuerint. Quibus nos reſpondebimus multa facta eſſe ſigna a dño: iuxta Iohãnis euãgeliſtæ teſtimoniũ: (Ioh. 20.g) quæ ſi ſcripta eſſent, mũdus capere nõ poſſet. Non quo mũdus uolumina capere nõ potuerit: quæ poteſt, quãuis multiplicia ſint, unũ armarioſũ uel unum capere ſcriniũ: ſed quod magnitudinẽ ſignorũ præ miraculis & incredulitate ferre nõ poſſit. Igitur & hæc credimus feciſſe apoſtolos, ſed ideo ſcripta non eſſe: ne infidelibus contradicendi maior daretur occaſio. Alioquin interrogemus eos utrum credant his ſignis: quæ ſcripta narrantur an non. Et cum incredulos uiderimus: conſequẽter probabimus nec maioribus eos credituros fuiſſe: qui minoribus nõ crediderint. Hoc aduerſum illos. Cæterũ nos ut ante iam diximus: montẽ diabolũ intelligamus ſuperbientem:

A biētē,& iactantē ſe contra creatorē ſuū : qui a propheta
mons corruptus appellatur. Et cū animā hominis poſſe
derit,& in ea fuerit radicatus:ab apoſtolis & his qui ſimi
les apoſtolorū ſunt,transferri poteſt in mare: hoc eſt in lo
ca ſalſa & fluctuantia & amara, quæ nullā habent dulce

Poſtea uo in aduentu ſaluatoris,acta pœnitētia,opat⁹ eſt C
in uinea dei,& ſermonis contumaciā labore correxit. Se
cūd⁹ aūt fili⁹ ppl's iudæorū ē:q rn̄dit moyſi: Oīa q̄cūq̄ Exo.24.a
dixerit dn̄s faciemus: & nō iuit in uineā:quia interfecto
patriſfamilias filio,ſe putauit hæredē. Alij uero nō putāt

dinē dei: & apud in
credulorū mentē, ut
porcorum duo milia
ſuffocari. Idipſum &
in pſalmis legit̄: Non
Ps.45.a timebimus dum tur
babit̄ terra: & transfe
rentur montes in cor
maris. a Et cū ue
niſſet in tēplū / acceſſe
rūt ad eū docentē prin
cipeſ ſacerdotū & ſenio
res populi/dicētes: In
qua poteſtate hec fa
cis &c. Diuerſis uerbis
candē quā ſupra ca
lumniā ſtruūt: qn̄ di
xerunt: In beelçebub
principe dæmoniorū
eijcit hic dæmonia.
Qn̄ em̄ dicūt: In qua
poteſtate hæc facis:
de dei dubitant po
teſtate,& ſubintelligi
uolūt diaboli eſſe qd
faciat. Addentes q̄q̄:
quis tibi dedit hanc
poteſtatē: manifeſtiſſi
me dei filium negāt:
quē putāt nō ſuis ui
B rib⁹,ſed alienis ſigna
facere. b Reſpon
dens aūt ieſus dixit il
lis: Interrogabo vos
& ego vnū ſermonē &c.
Hoc eſt qd uulgo di
cit̄: Malo arboris no
do, malus clau⁹ aut
cuneus infigēdus eſt.
Poterat dn̄s aperta re
ſponſione tentatorū
calumniā confutare:
ſed prudēter interro
gat,ut ſuo ipſi uel ſilē
tio uel ſentētia condē

l Et omnia quæcū q̄ petieritis in oratione credentes ac
a cipietis. m Et cūm ueniſſet in templū, acceſſerūt ad eum
docentem principes ſacerdotum & ſeniores populi,di
cētes: In qua poteſtate hæc facis? Et quis tibi dedit hāc
b poteſtatem? Reſpondens autē ieſus dixit eis : Interro
gabo uos & ego unū ſermonē: quē ſi dixeritis mihi: &
ego uobis dicam in qua poteſtate hæc facio. Baptiſm⁹
Ioannis unde erat: e cœlo an ex hominibus? At illi co
gitabant inter ſe,dicentes: Si dixerimus e cœlo: dicet no
bis: Quare ergo non credidiſtis illi? Si autē dixerimus
ex hominibus: timemus turbam. Omnes em̄ habebāt
Ioannē ſicut prophetā. Et reſpondentes ieſu, dixerunt:
c Neſcim⁹. Ait illis & ipſe: Nec ego dico uobis in qua po
d teſtate hæc facio. n Quid autem uobis uidetur? Homo
quidā habebat duos filios: & accedens ad primū dixit:
Fili,uade hodie operare in uinea mea. Ille autē reſpon
dens,ait: Nolo. Poſtea autē pœnitētia motus abijt. Ac
cedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpon
dens,ait: Eo domine : & non iuit. Quis ex duobus fecit
uoluntatē patris? Et dicunt ei : Primus. Dicit illis ieſus:
e Amen dico uobis, quia publicani & meretrices præce
f dūt uos in regno dei. Venit em̄ ad uos Ioannes in uia
iuſticiæ: & non credidiſtis ei: publicani autem & mere
trices crediderunt ei: uos autem uidentes nec pœniten
g tiam habuiſtis poſtea ut crederetis ei. o Aliam parabo
lam audite: Homo erat paterfamilias qui plantauit ui
neam & ſepem circumdedit ei: & fodit in ea torcular: &
ædificauit turrim: & locauit eā agricolis: & peregre pro
fectus eſt.

gētiliū & iudæorum
eſſe parabolā: ſed ſim l 216
pliciter peccatorū & IIII
iuſtorum: ipſo quoq̄ m 217
domino ꝓpoſitionē II
ſuā poſtea differente.
e Amen dico vobis
quia publicani & mere
trices p̄cedūt vos in re
gno dei. Eo qd illi q p
mala opa deo ſe ſerui
re negauerāt : poſtea
pœnitētiæ baptiſmū
acceperint a Ioanne.
Phariſæi autē qui iu
ſticiā præferebāt: & le
gē ſe dei facere iacta
bant, Ioannis contē
pto baptiſmate, dei
præcepta nō fecerūt.
Vnde dicit: f Ve
nit em̄ ad vos ioannes n 218
in via iuſticię: & nō cre X
didiſtis ei &c. Porro
qd dicitur: Quis ex
duobus fecit uolun
tatem patris? Et illi di
cūt, Nouiſſim⁹: Sciē
dū eſt in ueris exem
plaribus non haberi
nouiſſimū,ſed primū D
ut proprio iudicio cō
demnent̄. Si autē no
uiſſimū uoluerimus
legere : manifeſta eſt
interpretatio: ut dica
mus intelligere qdē
ỽitatē iudæos: ſed ter o 219
giuerſari,& nolle di II
cere qd ſētiūt: ſicut &
baptiſmū Ioānis ſciē
tes eſſe de cœlo dice
re noluerūt. g Aliā
parabolā audite : Hō
erat paterfamilias qui

nent̄. Si em̄ reſpondiſſent baptiſma Ioannis eſſe de cœlo,
ut ipſi ſapiētes in malicia pertractarūt, conſequēs erat re
ſponſio: quare ergo nō eſtis baptiçati a Ioanne? Si dicere
uoluiſſent, humana deceptione eſſe cōpoſitū, & nihil ha
buiſſe diuinū: ſeditionē populi formidabāt. Omnes em̄
gregatim multitudines ioānis receperāt baptiſma: & ſic
eū habebāt ut ꝓphetā. Reſpondit itaq̄ impiiſſima factio:
& humilitatis uerbo quo neſcire ſe diceret, uſa eſt ad inſi
dias coaptādas. c Ait illis & ipſe: Nec ego dico vobis in
qua poteſtate hec facio. Illi in eo qd neſcire ſe reſpōderāt,
mentiti ſunt: conſequēs ergo erat iuxta reſponſionē eorū
dn̄m quoq̄ dicere, nec ego ſcio: ſed mētiri ueritas nō pōt,
& ait: Nec ego dico uobis. Ex quo oſtendit & illos ſcire,
ſed reſpōdere nolle,& ſe noſſe,& ideo nō dicere: quia illi
qd ſciunt taceāt: & ſtatim infert parabolā, quæ & illos im
pietatis arguat: & ad gētes regnū dei doceat trāſferendū.
d Quid autē vobis videt̄: homo habebat duos filios &c.
Luc.15. Hi ſunt duo filij, q & in Lucæ pabola deſcribunt̄, frugi &
Zach.11.b luxurioſus: & de qb⁹ Zacharias ꝓpheta loqt̄: Aſſumpſi
mihi duas uirgas: Vnā uocaui decorē: & alterā uocaui fu
niculū: & paui gregē. Primo dicit̄ gentiliū ppl'o p natura
Tobie.4.c lis legis noticiā: Vade & opare in uinea mea: hoc eſt, qd ti
bi non uis fieri, alteri ne feceris. Qui ſupbe rn̄dit: Nolo.

plantauit vineā & ſepē circūdedit ei &c. Hoc eſt qd dn̄s ſum
ptū de ꝓuerbio ſignificauit, Durū eſt aduerſus ſtimulū Act.9.a
calcitrare. Principes ſacerdotū & ſeniores populi qui in
terrogauerāt dn̄m: in qua poteſtate hæc facis: & quis tibi
dedit hanc poteſtatē: & uoluerāt in uerbo cape ſapientiā,
ſua arte ſuperant̄: & audiūt in parabolis qd apta facie nō
merebant̄ audire. Homo iſte paterfamilias, ipſe eſt q ha
bebat duos filios: & qui in alia parabola cōduxit opera 8.20.a
rios in uineā ſuam: qui plantauit uineā: de qua & Eſaias
pleniſſime p canticū loquit̄, ad extremū inferēs: Vinea Eſa.5.a
dn̄i ſabaoth domus iſrael eſt. Et in pſalmo: Vineā de ægy Ps.79.b
pto, inquit, trāſtuliſti: eieciſti gētes & plantaſti eā: Et ſepē
circūdedit ei: uel murū urbis, uel angelorū auxilia: & fo
dit in ea torcular, aut altare, aut illa torcularia : quorū &
tres pſalmi titulo prænotant̄, octauus, & octogeſimus, &
octogeſimuſtertius. Et ædificauit turrim: haud dubium
quin templū, de quo dicitur per Micheā: Et tu turris ne Michee.4.c
buloſa filia ſion. Et locauit eam agricolis: quos alibi ui 8.20.a
neæ operarios appellauit: qui conducti fuerāt hora pri
ma, tertia, ſexta, nona & undecima. Et pegre ꝓfectus eſt:
nō loci mutatione. Nam deus unde abeſſe poteſt quo cō
plent̄ omnia? & qui dicit per Hieremiā: Ego deus appro Hiere.23.c
pinquās & nō de longinquo, dicit dn̄s. Sed abire uidet̄ a
f uinea

a fectus eſt. Cûm aũt tempus fructuũ appropinquaſſet,
miſit ſeruos ſuos ad agricolas, ut acciperẽt fructus ei⁹.
Et agricolæ apprehẽſis ſeruis eius: aliũ cæciderunt: aliũ
occiderunt: alium uero lapidauerũt. Iterum miſit alios
b ſeruos plures prioribus: & fecerunt illis ſimiliter. Nôuiſ
ſime autem miſit ad eos filium ſuum, dicens: uerebun/
tur filium meum. Agricolæ autem uidentes filium, di/
xerunt intra ſe: Hic eſt hæres: uenite occidamus eum:
c & habebimus hæreditatem eius. Et ápprehẽſum eum:
d eiecerunt extra uineam, & occiderunt. Cum ẽrgo uene/
rit dñs uineæ: qd faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos
male perdet: & uineam ſuam locabit aliĳs agricolis: qui
e reddent ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis iéſus:
Nunq̃ legiſtis in ſcripturis: Lapidem quẽ reprobaue/
runt ædificãtes: hic factus eſt in caput anguli. A dño fa
f ctũ eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideó di/
co uobis: quia auferetur a uobis regnũ dei: & dabitur
g genti facienti fructus eius. Et qûi ceciderit ſuper lapi/
dem iſtũ cõfringet: ſuper quẽ uero ceciderit, cõteret eũ.
h ᵖ Et cũ aûdiſſent principes ſacerdotũ & phariſæi ꝑabo/
las ei⁹: cognouerũt qđ de ipſis diceret. Et quærẽtes eũ
tenere, timuerũt turbas: qm̃ ſicut ꝓphetã eũ habebãt.
i Eᵃ T réſpondẽs ieſus dixit iterũ ℭ Ca. XXII
in parabolis eis, dicẽs: Simile factũ eſt regnũ cœ
lorũ homini regi q fecit nuptias filio ſuo: Et mi/
k ſit ſeruûm ſuũ uocare inuitatos ad nuptias & nolebãt
l uenire. Itérũ miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis:
Ecce prandiũ

E uinea: ut uinitoribus liberũ operandi arbitrium derelin
quat. a ℭ Cum autẽ tempus fructuũ appropinquaſſet: mi
ſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperent fructus eius ⁊c.
Dederat eis legem, & in hac eos uinea operari iuſſerat: ut
fructũ legis in operibus exhiberent. Poſtea miſit ad eos
ſeruos: quos illi ap/
prehẽſos uel cecide/
runt, ut Hieremiã: uel
4.Reg.21 occiderũt, ut Eſaiam:
uel lapidauerunt, ut
3.Reg.21.d Naboth: & Zacha/
2.Para.24.f riã, quẽ interfecerunt
inter tẽplũ & altare.
Legamus epiſtolam
Heb.11. Pauli ad Hebræos, &
ex ea pleniſſime diſci
mus qui ſeruorũ dñi
quanta perpeſſi ſint.
b ℭ Nouiſſime autem
miſit ad eos filiũ ſuum
dicens: verebuntur fi/
liũ meũ. In eo qđ ſuꝑ
legimus: Iterum mi/
ſit alios ſeruos plures
prioribus, & fecerũt
illis ſimiliter: patien/
tiã oſtẽdit patriſfami
lias qđ frequẽtius mi
ſerit ut malos colo/
nos ad pœnitentiã ꝓ
uocaret: illi autẽ the/
ſauriçauerũt ſibi irã
in die iræ. Porro qđ
iũgit: uerebunt filiũ
p 220 meũ: nõ de ignorãtia
I uenit. Quid em̃ ne/
F ſciat paterfamilias q
hoc loco deus pat in
telligit? Sed ſemꝑ am
a 221 bigere dicit deus: ut
V libera uolũtas homi/
ni reſeruet. Interroge
mus Arriũ & Euno/
miũ: Ecce pater dicit
ignorare: & ſententiã
temperat, & quantũ
in uobis eſt ꝓbat eſſe
mentitus. Quicqd ꝑ
patre reſpõderint: hoc intelligãt pro filio: qui ſe dicit igno
rare conſũmationis diẽ. c ℭ Et apprehenſum eum eiece/
runt extra vineã ⁊ occiderũt. Et Apoſtolus loquit qđ extra
portã ieſus crucifixus ſit. Poſſumus & aliter intelligere:
qđ eiectus ſit extra uineã: & ibi occiſus: ut ſuſcipiẽtibus
ſe gentibus, aliĳs uinea locaret. d ℭ Cũ ergo venerit dñs
vineę: quid faciet agricolis illis ⁊c. Interrogat eos dñs, non
qđ ignoret quid reſponſuri ſint: ſed ut ꝓpria reſpõſione
damnentur. Locata eſt autem nobis uinea: & locata ea
conditione, ut reddamus dño fructum tẽporibus ſuis:
& ſciamus unoq̊q; tẽpore qd oporteat nos uel loqui uel
facere. e ℭ Dicit illis ieſus: Nunq̃ legiſtis in ſcripturis:
Lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificantes ⁊c. Variĳs parabolis
diuerſiſq; ſermonib⁹ res eedẽ cõtexunt. Quos em̃ ſupra
oparios & uinitores & agricolas appellarat: nũc ædifica/
1.Cor.3.b tores: id eſt cœmẽtarios uocat. Vñ dicit Apoſtolus: Dei
agricultura, dei ædificatio eſtis. Hi ergo cœmẽtarĳ quõ
& uinitores accipiũt uineã: ſic acceperũt lapidẽ: quẽ uel
in fundamẽtis ponant: iuxta architectũ Paulũ: uel in an
gulo: ut duos parietes: id eſt populũ utrũq; cõſociet: qui
reprobat⁹ ab eis, factus eſt in caput anguli. Et hoc a dño
factũ eſt: nõ humanis uiribus, ſed dei potẽtia. De hoc la
1.Pe.2.a pide adiutorĳ Petrus quoq; loquitur confidenter: Iſte la
pis qui reprobatus eſt a uobis ædificantibus: hic factus
Eſa.28.d eſt in caput anguli. Et Eſaias: Ecce, ait, immittã in funda
mẽta ſion lapidem electum, precioſum, angularẽ: & qui G
crediderit in eum non confundetur. f ℭ Ideo dico
vobis: quia auferet a vobis regnũ dei: ⁊ dabit genti facienti
fructus eius. Aliq̃tiens dixi, regnũ dei, ſcripturas ſanctas
intelligi: quas dñs abſtulit a iudæis & nobis tradidit: ut
faciam⁹ fructus earũ.
Iſta eſt uinea quæ tra
ditur agricolis & ui/
nitoribus: in qua qui
oꝑati nõ fuerint, no/
men tm̃ habẽtes ſcri/
pturarũ: fructus ui/
neæ perdituri ſunt.
g ℭ Et qui ceciderit ſu
per lapidẽ iſtũ / confrin
getur: ſuꝑ quẽ vero ce/
ciderit / conteret eum.
Aliud eſt offendere
chriſtũ per mala oꝑa,
aliud negare. Qui
peccator ẽ & tñ in illũ
credit: cadit quidẽ ſu
per lapidẽ & confrin
gitur: ſed nõ omnino
conterit: reſeruat em̃
per pœnitentiã ad ſa/
lutem. Super quẽ ue
ro ille ceciderit: hoc
eſt, cui lapis ipſe ir/
ruerit: & qui chriſtũ
penitus negauerit: ſic
conteret eum: ut nec
teſta quidem rema/
neat in qua hauria/
tur aquæ puſillum.
h ℭ Et cum audiſſent
principes ſacerdotum
⁊ phariſęi parabolas H
eius: cognouerunt qđ
de ipſis diceret: ⁊ quę/
rentes eum tenere / ti/
muerunt turbas: quo/
niam ſicut prophetam
eum habebant. Quã/
uis duro corde eſſent
& ꝓpter ĩcredulitatẽ
& ĩpietatẽ in filiũ dei:
habentes tamẽ aper/
tas propoſitiones negare non poterant: & intelligebant
contra ſe omnes domini ſententias dirigi. Vnde uolebãt
quidem eum interficere: ſed timebant turbas: quia ſicut
prophetam eum habebant. Semper turba mobilis eſt,
nec in propoſita uoluntate perſiſtens: atq; in morem flu/
ctuum diuerſorumq; uentorum, huc illucq; trahitur.
Quẽ nũc quaſi prophetam uenerãtur & colunt: poſtea
contra eum clamant: Crucifige, crucifige talem.
E T reſpondens ieſus / dixit in ℭ Ca. XXII
parabolis eis dicens: Simile factum eſt regnum cę
lorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Pha/
riſæi intelligentes de ſe dici parabolas, ꝗuærebãt
eum tenere & occidere. Hanc eorum ſciens dominus uo/
luntatem nihilominus increpat ſæuientes: nec timore ſu
peratur: quo minus arguat peccatores. Rex iſte qui fecit
nuptias filio ſuo, deus omnipotẽs eſt. Facit autẽ nuptias
dño noſtro ieſu chriſto & eccleſiæ: quæ tam ex iudæis q̃
ex gentibus congregata eſt. k ℭ Et miſit ſeruũ ſuum vo/
care inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Haud dubiũ
quin moyſen per quem legem inuitatis dedit. Si autem
ſeruos legerim⁹, ut plæraq; habẽt exẽplaria: ad ꝓphetas
referendum eſt qđ inuitati per eos uenire contẽpſerint.
l ℭ Iterum miſit alios ſeruos dicens: Dicite inuitatis ecce
prandiũ meum paraui ⁊c. Serui qui ſecũdo miſſi ſunt: me/
lius eſt ut prophetæ intelligantur q̃ apoſtoli: ita tamen ſi
ſupra

A supra, ſeruũ, ſcriptũ fuerit. Sin autem ſeruos, ibidem le/
gas: hic ſecundi ſerui, apoſtoli intelligẽdi ſunt. Prandiũ
paratum & tauri & altilia occiſa: uel per metaphorã opes
regiæ deſcribuntur: ut ex carnalibus intelligantur ſpiri/
tualia: uel certe dogmatum magnitudo & doctrina dei
lege pleniſſima ſenti/
ri poteſt. a Et abie
rũt: alius in villam ſuã:
alius vero ad negocia/
tionẽ ſuam. Reliq̃ vo
tenuerũt ſeruos ei⁹ &c.
Inter eos qui non re/
cipiunt euangelij ue/
ritatem: multa diuer/
ſitas eſt. Minoris em̃
criminis ſunt qui oc/
cupati alijs rebus ue/
nire noluerunt, his q
contempto inuitãtis
affectu, uerterunt hu
manitatem in crude/
litatem: & tentos ſer/
uos regis: uel contu/
melijs affecerunt uel
occiderũt. In hac pa/
rabola ſponſi ſiletur
occiſio: & p ſeruorũ
mortes, contemptus
oſtenditur nuptiarũ.
b Rex autem cũ au
diſſet iratus eſt. De q̃
dictum ſupra fuerat:
Simile factum eſt re/
B gnũ cœlorum homi/
ni regi: quando in/
uitabat ad nuptias, &
agebat opera clæmẽ/
tiæ: hominis nomen
appoſitum eſt: nunc
quãdo ad ultionem
uenit: homo ſiletur,
& rex tãtum dicitur.
c Et miſſis exerciti/
bus ſuis, pdidit homi/
cidas illos &c. Exerci/
tus ſeu ultores, ange/
Ps. 77. c los de quibus in pſalmis ſcribitur: Immiſſiones per an/
gelos peſſimos: ſeu rhomanos intelligam⁹ ſub duce Ve/
ſpaſiano & Tito: qui occiſis iudææ populis, præuarica/
tricem ſuccenderint ciuitatem. d Tunc ait ſeruis ſuis:
Nuptię quidẽ paratę ſunt: ſed qui inuitati erãt, nõ fuerũt di/
gni. Ite ergo ad exitus viarũ &c. Gentilium populus non
erat in uijs, ſed in exitibus uiarum. Quærit autem quõ
in his qui foris erãt inter malos, & boni aliq ſint reperti?
Hunc locum plenius tractat Apoſtolus ad rhomanos: q
Rom. 2. c gentes naturaliter facientes ea quæ legis ſunt condẽnent
iudæos, qui ſcriptam legem non fecerint. Inter ipſos q̊q
ethnicos eſt diuerſitas infinita: cũ ſciamus alios eſſe pcli/
ues ad uitia & ruẽtes ad mala: alios ob honeſtatẽ morũ
uirtutibus deditos. e Intrauit autẽ rex vt videret diſcũ
bentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali/ &
ait illi: Amice quõ huc intraſti non habẽs veſtem nuptialẽ?
At ille obmutuit. Hi qui inuitati fuerant ad nuptias, de ſe
pibus & angulis & plateis & diuerſis locis, cœnam regis
impleuerant. Sed poſtea cum ueniſſet rex ut uideret diſ/
cumbentes in conuiuio ſuo: hoc eſt in ſua quaſi fide re/
quieſcentes: ut in die iudicij uiſitaret conuiuas & diſcer/
neret merita ſingulorum: inuenit unum qui ueſte indu/
tus non erat nuptiali. Vnus iſte: omnes qui ſociati ſunt
malicia intelligũtur. Veſtis autem nuptialis, præcepta
ſunt domini, & opera quæ complentur ex lege & euan/
gelio, nouiq hominis efficiunt ueſtimentum. Si quis igi
tur in tempore iudicij inuentus fuerit ſub nomine chri/

ſtiano non habere ueſtem nuptialem: hoc eſt ueſtem ſu/ C
percœleſtis hominis: ſed ueſtem pollutam: id eſt, ueteris
hominis exuuias: hic ſtatim corripitur: & dicitur ei: Ami
ce quomodo huc intraſti? Amicum uocat qđ inuitatus
ad nuptias eſt. Arguit impudentiæ qđ ueſte ſordida,
munditias polluerit
nuptiales. At ille ob/
mutuit. In tempore
enim illo non erit lo/
cus pœnitentiæ: nec
negandi facultas, cũ
omnes angeli & mũ/
dus ipſe teſtis ſit pec/
catorum. f Tunc
dixit rex miniſtris: Li/
gatis pedibus & mani/
bus eius mittite eum
in tenebras exteriores:
ibi erit fletus & ſtridor
dentium. Manus liga
tas & pedes: fletumq
oculorũ & ſtridorem
dentium: uel ad com
probandam reſurre/
ctionis intellige ueri/ b 222 X
tatem. Vel certe ideo
ligãtur manus & pe/
des: ut male operari
& currere deſiſtãt ad
effundendũ ſangui/
nem. In fletu quoq
oculorum & ſtrido/
re dentium: per meta
phoram membrorũ c 223 II
corporalium, magni/
tudo oſtenditur tor/
mentorũ. g Mul/ D
ti autẽ ſunt vocati: pau
ci vero electi. Omnes
parabolas breui ſen/
tentia cõprehẽdit: qđ
& in ope uineæ, & in
ædificatione domus,
& in cõuiuio nuptia/
li: non initia ſed finis
quæratur. h Tũc
abeuntes phariſęi/ conſilium inierunt vt caperent eum in
ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum herodianis di/
centes. Nuper ſub Cæſare Auguſto iudæa ſubiecta rho/
manis: quando in toto orbe eſt celebrata deſcriptio, ſti/
pendiaria facta fuerat: & erat in populo magna ſedi/
tio: dicentibus alijs pro ſecuritate & quiete, qua rho/
mani pro omnibus militarent debere tributa perſolui.
Phariſæis uero qui ſibi applaudebãt de iuſticia econtra/
rio dicentibus: nõ debere populum dei qui decimas ſol/
ueret, & primitiua daret: & cætera quæ in lege ſcripta ſũt
faceret, humanis legibus ſubiacere, Cæſar Auguſtus He
rodem filium antipatris alienigenam, & proſelytum re/
gem iudæis conſtituerat: qui tributis præeſſet & rhoma/
no pareret imperio. Mittunt igitur phariſæi diſcipulos
ſuos cum herodianis: id eſt militibus herodis: ſeu quos
illudentes phariſæi, quia rhomanis tributa ſoluebant,
herodianos uocabant: & nõ diuino cultui deditos. Qui
dam latinorum ridicule herodianos putant: qui hero/
dem chriſtum eſſe credebant: quod nuſq̃ omnino legi/
mus. i Magiſter ſcimus quia verax es: & viam dei in
veritate doces: & non eſt tibi cura de aliquo: non enim re/
ſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis: quid tibi vide/
tur: Licet cenſum dari cęſari an non? Blanda & fraudulen/
ta interrogatio, illuc prouocat reſpondentem: ut magis
deum q̃ cæſarem timeat: & dicat non debere tributa ſol/
ui: ut ſtatim audientes herodiani, ſeditionis contra rho/
manos principem teneant.

Ecce prandium meum paraui: tauri mei & altilia occi/
ſa ſunt & omnia parata: uenite ad nuptias. Illi autem
a neglexerunt: Et abierũnt: alius in uillam ſuã: alius uero
ad negociationẽ ſuam. Reliqui uero tenuerunt ſeruos
b eius: & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cũ
c audiſſet iratus eſt. Et miſſis exercitibus ſuis, perdidit ho
d micidas illos: & ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait
ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt: ſed qui inuita/
ti erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum:
& quoſcũq inueneritis uocate ad nuptias. Et egreſſi
ſerui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuene/
runt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcum/
e bentium. Intrauit autem rex ut uideret diſcumben/
tes: & uidit ibi hominem non ueſtitum ueſte nuptiali,
& ait illi: Amice quomodo huc intraſti non habens ue
f ſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex mi/
niſtris: Ligatis pedibus & manibus eius mittite eum
in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentiũ.
g Multi autem ſunt uocati: pauci uero electi. Tunc ab/
euntes phariſæi, conſilium inierunt ut caperent eum in
ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum herodia/
i nis, dicentes: Magiſter ſcimus quia uerax es: & uiam
dei in ueritate doces: & non eſt tibi cura de aliquo.
Non enim reſpicis perſonam hominum: Dic ergo no/
bis quid tibi uidetur: Licet cenſum dari cæſari, aut non?

Cognita

a Cõgnita autem ieſus nequitia eorum, ait: Quid me ten
b tatis hypocritæ? Oſtẽdite mihi numiſma cenſus. At il
c li obtulerũt ei denarium. Et ait illis ieſus: Cuius eſt ima
d go hæc, & ſuperſcriptio? Dicũt ei: Cæſaris. Tunc ait il-
lis: Reddite ergo quæ ſunt cæſaris cæſari: & quæ ſunt
e f dei deo. Et audiẽtes mirati ſunt. Et relictó eo abierũt.
g In illó die acceſſerunt ad eum ſadducæi, qui dicunt non
h eſſe reſurrectionem. Et interrogauerunt eum, dicentes:
Magiſter, moyſes dixit: ſi quis mortuus fuerit non ha-
bens filium ut ducat frater eius uxorem illius & ſuſcitet
ſemen fratri ſuo. Erãt autem apud nos ſeptem fratres:
& primus uxore ducta defunctus eſt: & non habens
ſemen, reliquit uxorem ſuam fratri ſuo. Similiter ſecũ-
dus & tertius uſqꝫ ad ſeptimum. Nouiſſime autẽ om-
i nium & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cu-
ius erit de ſeptem uxor? Omnes enim habuerũt eam.
k Reſpõndens autem ieſus, ait illis: Erratis, neſcientes ſcri
l pturas neqꝫ uirtutem dei. In reſurrectione enim neqꝫ
nubent neqꝫ nubentur: ſed ſunt ſicut angeli dei in cœ-
m lo. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis
quod dictum eſt a deo dicente uobis: Ego ſum deus
Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob: non eſt deus mor-
tuorum, ſed uiuentium. Et audientes turbæ miraban-
tur de doctrina eius.

E a ¶ Cognita autem ieſus nequitia eorũ, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Prima uirtus eſt reſpondentis, interrogantium mentem cognoſcere: & non diſcipulos, ſed tentatores uocare. Hypocrita ergo appellatur, qui aliud eſt & aliud ſimulat: id eſt, aliud opere agit & aliud uoce prætendit. b ¶ Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Sapientia ſemper ſapienter agit: ut ſuis potiſſimum tentatores ſermonibus confutentur. Oſtẽdite, inquit, mihi denarium: hoc eſt genus nummi qđ pro decem nummis imputabatur: & habebat imaginem cæſaris. c ¶ Et ait illis ieſus: Cuius eſt imago hęc ⁊ ſuꝑſcriptio? Qui putant interrogationem ſaluatoris ignorantiam eſſe, & non diſpenſationem: diſcãt ex præſenti loco: qđ utiqꝫ potuerit ſcire ieſus cuius imago eſſet in nũmo: ſed interrogat: ut ad ſermonem eorum competenter reſpondeat. d ¶ Dicunt ei cęſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quę ſunt cęſaris cęſari: ⁊ quę ſũt dei deo. Cæſarem nõ putemus Auguſtum: ſed Tyberium ſignificari priuignum eius: qui in locum ſucceſſit ipſius, ſub quo paſſus eſt dominus. Omnes autem reges rhomani: a primo Caio cæſare qui imperium arripuerat, cæſares appellati ſunt. Porro quod ait: Reddite quæ ſunt cæſaris cæſari: id eſt nummũ, tributum & pecuniã: & quæ ſunt dei deo: decimas, primitias, & oblationes ac uictimas ſentiamus: quomodo & ipſe reddidit tributa pro ſe & Petro: & deo reddidit quæ dei ſunt, patris faciens uoluntatem. e ¶ Et audientes mirati ſunt. Qui credere debuerant ad tantam ſapientiam: mirati ſunt, ꝙ calliditas eorum inſidiandi non inueniſſet locum. f ¶ Et relicto eo abierunt: Infidelitatem cum miraculo pariter reportantes. g ¶ In illo die acceſſerunt ad eum ſadducęi qui dicunt non eſſe reſurrectionem. Duæ hæreſes erant in iudæis: una phariſæorũ: altera ſadducæorum. Phariſæi traditionũ & obſeruationũ, quas illi δευτερώσεις uocant iuſticiam præferebant: unde & diuiſi uocabantur a populo. Sadducæi autem qui interpretantur iuſti: & ipſi uendicabant ſibi qđ nõ erant: prioribus, & corporis & animæ reſurrectionem credentibus, confitentibuſqꝫ & angelos & ſpiritum: ſequentes iuxta acta apoſtolorum omnia denegabant. Iſtæ ſunt duæ domus de quibus Eſaias manifeſtius docet: quod offenſuræ ſint in lapidem ſcandali. h ¶ Et interrogauerunt eũ dicentes: Magiſter, moyſes dixit: ſi quis mortuus fuerit nõ habens filium ut ducat frater eius uxorem illius ⁊ ſuſcitet ſemen fratri ſuo ꝛc. Qui reſurrectionem corporum non credebant: & animam putabant interire cum corporibus: recte iſtiuſmodi fingunt fabulam: quæ delyramenti arguat eos qui reſurrectionem aſſerãt mortuorum. Poteſt autem fieri ut uere in gente eorum aliquando hoc acciderit. i ¶ In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptem uxor? Omnes enim habuerunt eam. Turpitudinem fabulæ opponunt: ut reſurrectionis denegent ueritatem. k ¶ Reſpondens autẽ ieſus, ait illis: Erratis neſcientes ſcripturas neqꝫ uirtutẽ dei. Propterea errãt quia ſcripturas neſciũt: & qa ſcripturas ignorant, conſequẽter neſciunt uirtutem dei: hoc eſt chriſtum qui eſt dei uirtus & dei ſapientia. l ¶ In reſurrectione enim neqꝫ nubent neqꝫ nubentur ꝛc. Latina conſuetudo, græco idiomati non reſpõdet. Nubere eñ proprie dicũtur mulieres: & uiri uxores ducere: ſed nos ſimpliciter dictum intelligamus: qđ nubere de uiris & nubi de uxoribus ſcriptum ſit. Si in reſurrectione non nubent neqꝫ nubentur: reſurgent ergo corpa quæ poſſunt nubere & nubi. Nemo quippe dicit de lapide & arbore & his rebus quæ nõ habent membra genitalia ꝙ nõ nubant neqꝫ nubantur: ſed de his qui cum poſſunt nubere, tamen alia ratione non nubunt. Qđ aũt infertur: Sed ſunt ſicut angeli dei in cœlo: ſpiritualis repromittitur cõuerſatio. m ¶ De reſurrectione autẽ mortuorum non legiſtis qđ dictum eſt a deo dicente vobis: Ego ſum deus abraham, deus iſaac, ⁊ deus iacob. Non eſt deus mortuorum ſed viuentium. Ad comprobandam reſurrectionis ueritatem: multo aliis manifeſtioribus exemplis uti potuit: e quibus eſt illud: Suſcitabũtur mortui & reſurgent qui in ſepulchris ſunt. Et in alio loco: Multi dormientiũ de terræ puluere cõſurgent: alii in uitam: & alii in opprobrium & confuſionem æternam. Quæritur itaqꝫ quid ſibi uoluerit dominus hoc proferre teſtimonium: quod uidetur ambiguum: uel non ſatis ad reſurrectionis pertinẽs ueritatem: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob: & quaſi hoc prolato probauerit qđ uolebat: ſtatim intulerit: Nõ eſt deus mortuorum ſed uiuentium. Cuius rei turbæ quoqꝫ circumſtantes myſterium cognoſcentes: admiratæ ſunt de doctrina & reſpõſis illius. Supra diximꝰ ſadducæos: nec angelũ, nec ſpiritũ, nec reſurrectionẽ corporũ cõfitentes: animarũ quoqꝫ interitũ prædicaſſe. Hi quinqꝫ tantum libros moyſi recipiebant, prophetarum uaticinia reſpuẽtes. Stultũ ergo erat inde proferre teſtimonia: cuius auctoritatem non ſequebantur. Porro ad æternitatem animarum probãdam de moyſe ponit exemplũ: Ego ſum deus Abraham & deus Iſaac & deus Iacob: ſtatimqꝫ infert: Non eſt mortuorum deus ſed uiuentium: ut cum probauerit animas permanere poſt mortẽ: neqꝫ enim poterat fieri, ut eorum eſſet deus qui nequaqꝫ ſubſiſterent: conſequenter introduceretur & corporum reſurrectio, quæ cum animabus bona malaue geſſerunt. Hunc locum plenius in extrema parte primæ epiſtolæ ad Corinthios Paulus apoſtolus exequitur.

Margin: F; G; H; Act. 4. f; Eſa. 8. c; Eſa. 26. d; Dañ. 12. a; I. Cor. 15.

Phariſæi autem

Phariſæi

A a ¶ Phariſei audito qđ ſilentium impoſuiſſet ſadduceis: conuenerunt in vnum: ⁊ interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magiſter, qđ eſt mandatū magnū in lege ꝛc. Quod de Herode & de Pontio pilato legimus in domini nece eos feciſſe concordiam: hoc etiam nunc de phariſæis cernimꝰ & ſadducæis: qui inter ſe contrarij ſunt: ſed ad tentandum ieſum pari mente conſentiunt. Qui ergo iam ſupra in oſtenſione denarij fuerant confutati: & aduerſæ partis factionem uiderāt ſubrutam: debuerāt exemplo moneri ne ultra molirentur inſidias: ſed maliuolentia & liuor nutrit impudentiam. Interrogat unus ex legis doctoribus, nō ſcire deſyderās, ſed tentans, an interrogatus noſſet quod interrogabatur, qđ ſit maius mādatum: non de mandatis interrogās, ſed quod ſit primum magnumqꝫ mādatum: ut cum omnia quæ deus mādauerit magna ſint: quicquid ille reſponderit, occaſionem habeat calūniandi: aliud aſſerēs magnum eſſe de pluribus. Quicūqꝫ igitur nouit & īterrogat nō uoto diſcendi: ſed ſtudio cognoſcendi an nouerit ille qui reſponſurus eſt: in ſimilitudinem phariſæorum non quaſi diſcipulus: ſed quaſi tentator accedit.

B

a ᵃ Phariſæi aūt audiētes qđ ſilētiū īpoſuiſſet ſadducæis cōuenerūt in unū: & interrogauit eū unꝰ ex eis legis doctor, tentans eū: Magiſter, qđ eſt mandatū magnū in lege? Ait illi ieſus: Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo: & in tota aīa tua: & in tota mēte tua. Hoc eſt maximū & primū mandatū. Secundū aūt ſimile eſt huic: Diliges proximū tuū ſicut teipſum. In his duobꝰ mandatis uniuerſa lex pendet & ꝓphetæ.

b ᶜ Congregatis autē phariſæis, interrogauit eos ieſus dicēs: Quid uobis uidet̄ de chriſto cuius filiꝰ eſt? Dicūt ei: Dauid. Ait illis: Quō ergo dauid in ſpiritu uocat eū dn̄m, dicens: Dixit dn̄s dn̄o meo, ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū? ᶠ Si ergo dauid uo-
c cat eū dn̄m, quō filiꝰ eius eſt? Et nēmo poterat ei rn̄dere uerbū: neqꝫ auſus fuit quiſqꝫ ex illa die eum amplius interrogare.

¶ Ca. XXIII

b ᵃ Tunc ieſus locutꝰ eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos, dicēs: Sup cathedram moyſi ſederūt ſcribæ & phariſæi. Omia ergo quæcūqꝫ dixerint uobis, ſeruate & facite: ſcdm opa uo eorū nolite facere. Dicūt
e em̄, & nō faciūt. ᵇ Alligāt aūtē onera grauia & iportabilia, & iponūt in humeros hominū: digito aūt ſuo no
f lūt ea mouere. ᶜ Omiā uero opa ſua faciūt ut uideant̄
g ab hominibꝰ. Dilātāt em̄ phylacteria ſua, & magnificāt fimbrias. Amāt aūt primos recubitus in cœnis: & primas cathedras

¶ Commentarij tertij in Matthæum finis.

## ¶ COMMENTARIORVM HIERONYMI IN MATTHAEVM LIBER QVARTVS

Congregatis autem phariſeis: interrogauit eos ieſus dicens: Quid vobis videt̄ de chriſto: cuiꝰ filius eſt? Dicūt ei: Dauid ꝛc. Qui ad tentandū ieſum fuerant congregati: & ueritatē fraudulenta interrogatione capere nitebant̄: occaſionē præbuerūt cōfutationis ſuæ. Interrogaturqꝫ de chriſto cuius filius ſit. Interrogatio ieſu nobis proficit uſqꝫ hodie contra iudæos. Et hi em̄ qui confitent̄ chriſtū eſſe uenturū, hominē ſimplicem & ſanctum uirum aſſerunt de genere dauid. Interrogemus ergo eos docti a dn̄o: ſi ſimplex homo eſt, & filius tantū dauid: quō dauid uocet eum dn̄m ſuū: nō erroris incerto, nec propria uoluntate, ſed in ſpiritu ſancto. Teſtimoniū autem qđ poſuit, de centeſimonono pſalmo ſumptū eſt. Dn̄s igitur dauid uocatur: nō ſcdm id qđ de eo natus eſt: ſed iuxta id qđ natus ex patre ſemper fuit: præueniēs ipſum carnis ſuæ patrē. Iudæi ad deludendā
Geñ.14.c et.15.a interrogationis ueritatē, friuola multa confingūt: uernaculū abrahæ aſſerētes, cuiꝰ fuerit filiꝰ damaſcus Eliezer: & ex ipſius pſona ſcriptū pſalmū: qđ poſt cædem quinqꝫ regū, dn̄s deus dn̄o ſuo dixerit Abrahæ: ſede ad dexterā meam: donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū. Quos interrogemꝰ: quō deus dixerit abrahæ ea quæ ſequūtur: Tecū principiū in die uirtutis tuæ in ſplēdoribus ſanctorū, ex utero ante luciferum genui te. Et iurauit dn̄s & nō pœnitebit eū, tu es ſacerdos in æternū ſcdm ordinē melchiſedek. Et reſpondere cogamꝰ quō abrahā ante luciferū genitus ſit: & ſacerdos fuerit ſcdm ordinē melchiſedek: pro quo melchiſedek obtulerit panē & uinū: & a quo decimas prædæ acceperit. c ¶ Et nemo poterat ei rn̄dere verbū: neqꝫ auſus fuit quiſqꝫ ex illa die eū amplius interrogare. Phariſæi & ſadducæi quærentes occaſionē calumniæ: & uerbum aliqđ inuenire qđ pateret inſidijs: quia in ſermonibꝰ cōfutati ſūt, ultra non interrogāt: ſed apertiſſime comprehenſum, rhomanæ tradunt poteſtati. Ex quo intelligimus uenena inuidiæ poſſe quidē ſuperari: ſed difficile cōquieſcere.

C
d 224 VI
e 225 II
f 226 II
a 227
D
b 228 V

¶ Ca. XXIII

Tunc ieſus locutus eſt ad turbas ⁊ ad diſcipulos ſuos, dicēs: Super cathedram moyſi ſederūt ſcribe ⁊ phariſei. Omia ergo quecūqꝫ dixerint vobis ſeruate ⁊ facite: ſcdm opa vero eorū nolite facere ꝛc. Quid māſuetiꝰ: qd benignius dn̄o? Tentatur a phariſæis: confringunt̄ inſidiæ eorū: & ſcdm pſalmiſtā: Sagittæ puulorū factæ ſunt plagæ eorū: Ps.63.b
& nihilominus propter ſacerdotij & nominis dignitatē: hortat̄ populos ut ſubijciant̄ eis, nō opa ſed doctrinā cōſyderātes. Qđ aūt ait: ſup cathedrā moyſi ſederūt ſcribæ & phariſæi: Per cathedrā doctrinā legis oſtēdit. Ergo & illud qđ dicit̄ in pſalmo: In cathedra peſtilētiæ nō ſedit: & cathedras uendentiū colūbas euertit: doctrinā debemus accipe. e ¶ Alligant autem onera grauia ⁊ importabilia ⁊ imponunt in humeros hominū ꝛc. Hoc generaliter aduerſus omnes magiſtros qui grauia iubēt & minora non faciunt. Notandū autē qđ & humeri & digitus & onera & uincula qbus alligant̄ onera: ſpūaliter intelligēda ſunt. f ¶ Omnia vero opa ſua faciūt vt videant̄ ab hominibus. Quicūqꝫ igit̄ ita facit quodlibet ut uideat̄ ab hominibus, ſcriba & phariſæus eſt. g ¶ Dilatant em̄ phylacteria ſua ⁊ magnificāt fimbrias. Amant quoqꝫ primos recubitus in cenis ꝛc. Væ nobis miſeris, ad quos phariſæorū uitia trāſierunt. Dominus cum dediſſet mandata legis per moyſen: ad extremum intulit: Ligabis ea in manu tua: & Deut.6.b
erunt immota ante oculos tuos. Et eſt ſenſus: Præcepta mea ſint in manu tua ut opere cōpleantur: ſint ante oculos tuos: ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc phariſæi male interpretantes: ſcribebant in membranis deca-

c 229 II